OFFICIALIS
CURIÆ REGULARIS

Ad optimè defendenda ſuæ Religionis jura in Curia examinanda, ſatis inſtructus

AUCTORE

P. FR. AUGUSTINO MATTHÆUCCI
LUCENSE,
Provinciæ Obſervantis Romanæ, Sacræ Theologiæ Lect. Jubil. & olim Romanæ Curiæ Secret. Generali.

OPUS

Regularibus, Superioribus æquè, ac Subditis neceſſarium;
Confeſſariis, & Juris Canonici ſtudioſis commodiſſimum.

TOMUS SECUNDUS

Cui in hac Prima Impreſſione Veneta, cum pluribus Sacrar. Congreg. Decretis, & Apoſtolic. Conſtit. Tomus Secundus acceſſit.

AD
ADMODUM REVERENDUM PATREM
F. JOANNEM MARIAM
MAESTRINI A S. CRUCE,
Ordinis Minorum.

ROMÆ 1702. deindè VENETIIS, M.D.CCIII.

Apud Joſeph Mariam Ruinetti.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
CAPITULORUM
Tomi Secundi.

CAP. I.	Officialis quoad Feſtos dies.	pag. 1
CAP. II.	Officialis quoad Gabellas.	5
CAP. III.	Officialis quoad habitum Regularem.	20
CAP. IV.	Officialis quoad Immunit. Eccleſiaſt. & Monaſt.	23
CAP. V.	Officialis quoad incorrigibiles expellendos.	53
CAP. VI.	Officialis quoad Indulgentias.	68
CAP. VII.	Officialis quoad interdictum Eccleſiaſticum.	80
CAP. VIII.	Officialis quoad Irregularitatem.	88
CAP. IX.	Officialis quoad Legata.	112
CAP. X.	Officialis quoad literas Sacræ Pœnitentiariæ.	117
CAP. XI.	Officialis quoad Moniales.	119
CAP. XII.	Officialis quoad Novitios.	122
CAP. XIII.	Officialis quoad Ordines.	124
CAP. XIV.	Officialis quoad Præcedentiam.	126
CAP. XV.	Officialis quoad Privilegia.	130
CAP. XVI.	Officialis quoad Proceſſiones.	139
CAP. XVII.	Officialis quoad Quartam.	143
CAP. XVIII.	Officialis quoad Quæſtas.	146
CAP. XIX.	Officialis quoad res Eccleſ. & Monaſt. non alienan.	148
CAP. XX.	Officialis quoad Sacramentorum adminiſtrationem.	151
CAP. XXI.	Officialis quoad Sepulturas.	153
CAP. XXII.	Officialis quoad Syndicos.	155
CAP. XXIII.	Officialis quoad Tertiarios.	160
CAP. XXIV.	Officialis quoad Viſitat. Ordinarii reſpectu Regularium.	164

NOI

Digitized by Google

NOI REFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOA.

HAvendo veduto per atteſtato del Segretario noſtro nel Libro Stampato in Roma l'anno 1701. intitolato: OFFICIALIS CURIÆ REGULARIS Tomus Secundus; Auctore Fr. Auguſtino Matthæucci Lucenſe, non eſſervi coſa alcuna contro Prencipi, & buoni Coſtumi, concedemo licenza à Giuſeppe Maria Ruinetti, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite Copie alle Publiche Librarie, di Venetia, & di Padova. Data li 26. Genaro 1702.

(*Gio: Lando K. Procur. Reform.*
(*Sebaſtian Foſcarini K. Procur. Reform.*

Agoſtino Gadaldino Segr

OFFI-

Digitized by Google

OFFICIALIS CURIÆ REGULARIS,

TOMUS SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

Officialis quoad Feſtos dies.

SUMMARIUM.

1 *Dies Feſti ab Epiſcopi indicti à Regularibus ſervantur.*

2 *Poſſunt Regulares dies feſtos, & jejunia in ſuis Eccleſiis annunciare.*

3 *Diebus feſtis opera ſervilia prohibita.*

4 *Limitatur, & ibi Decreſum Sac. Congr.*

5 *Præter cauſam eſt neceſſarius conſenſus Epiſcopi.*

6 *Eodem die duæ Eccleſiæ vicinæ non celebrant idem feſtum.*

7 *Nec exponunt SS. Eucbariſtiæ Sacramentum.*

8 *Feſtum Sancti Antonii de Padua celebratur eodem die à Patribus Franciſcanis.*

9 *Unica fit proceſſio.*

10 *Decretum Sac. Rit. Cong. ſuper celebratione Miſſæ, & Officiis de Sanctis.*

11 *Ejuſdem Decretum ſuper tranſlatione feſti SS. Annunciationis.*

12 *Aliud ſuper feſto S. Joſeph, occurrente feria V. majoris Hebdomadæ.*

13 *Vigilia S. Matthiæ non anticipatur &c.*

14 *Non jejunatur, quando feſtivitas Corporis Chriſti, venit in vigilia Sancti Joannis Baptiſtæ.*

1 Dies feſtos, quos Epiſcopi in ſua Diœceſi ſervandos præceperint, deberi etiam à Regularibus obſervari, ſtatuit Tridentin. *ſeſſ.* 25. *cap.* 12. *de Regularibus*, ubi: *dies etiam feſti, quos in Diœceſi ſua ſervandos, idem Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus, ſerventur*: vide *cap. Officialis quoad exemptionem ab juris: Ordin. nu.* 41. *tom.* 1. decretum Sac. Cong. Conc.

2 Poſſunt Regulares dies feſtos, & jejunia in ſuis Eccleſiis annunciare, prout in terminis firmavit Sacr. Congr. Conc. *ſub die* 2. *Julii* 1620. *v. C. offic. quoad benedict. n.* 17. *tom.* 1. quæ interrogata; *an Regulares, poſſint annunciare dies feſtos, & jejunia in ſuis Eccleſiis ad*

Digitized by Google

Altare in celebratione Miſſæ? Reſpondit Regulares non prohiberi dies feſtos , & jejunia in ſuis Eccleſiis annunciare, Imo poſſe ab Ordinariis obligari , ne feſtorum , & jejuniorum ignorantià fideles tranſgrediantur præcepta Eccleſiæ , tradit Roderic. *qq. reg. tom. primo quæſt.* 43. *art.* 7.

In diebus feſtis quodcumque opus ſervile prohibetur , de quo fuſius Summiſtæ Laim. *lib.* 5. *Tract.* 7.*ca.*2. Quilici *Confeſſar. manuduct. quæſt.* 15. *art.* 3. *num.* 3. Engel. *Colleg. Jur. Canon. lib.* 2. *tit.* 9. *§.* 2. *n.* 9. habetur *cap. Licet lib.* 2. *tit.* 9. *de Feriis*, & expreſsè B. Pius V. apud Quaranta *Bullar. ver. dies feſtus conſt. cum primum* , & infra diſpoſuit. [Cùm vero dierum feſtorum
3 obſervatio ad Dei cultum maximè pertineat , & in lege Divina præcipiatur , cupientes abuſus pravos , qui ex eorum inobſervantia invaluerunt , omninò corrigere , & antiquorum Canonum ſtatuta renovantes mandamus , ut dies Dominici , & præcipuè in honorem Dei , Beatæ Mariæ Virginis , Sanctorum Apoſtolorum feriati , cum omni veneratione obſerventur , & omnes in diebus præfatis Eccleſias frequentent , divinis officiis devotè intendant , ab omni illicitò , & ſervili opere abſtineant ; mercatus non fiant , profanæ negotiationes , & judiciorum ſtrepitus conquieſcant ; qui verò in diebus præfatis opus aliquod illicitum feciſſe deprehenſus fuerit , præter Divinam ultionem , & amiſſionem animalium , quibus ad vecturam utetur , etiam graves pœnas incurret arbitrio noſtro , ſeù Vicarii noſtri in Urbe ; in aliis autem locis arbitrio Ordinariorum &c.]

Ex cauſa tamen neceſſitatis licet , etiam diebus feſtivis quædam opera ſervilia peragere , ut præallegati tradunt , & legitur *alleg. cap. liceat* , & *cap. conqueſtus* : ibidem : neceſſitati cauſa pietatis adiicitur , prout ex Piaſec. *prax. par.* 2. *cap.* 3. *art.* 23. , Sac. Congr. Rituum cen- 4
ſuit licere diebus feſtis dare operam rebus ad victum neceſſariis , ac tempore perituris , præſertim tempore vindemiarum , & meſſium , ac recollectionis fructuum , vel ubi neceſſitas urgeat , aut ſuadeat pietas : Cæterum , quoniam verendum eſt , ne privatis affectibus , domeſticarumque rerum ſtudio aliqui eò perducantur , ut hac Sacrorum Canonum indulgentia in aliis etiam caſibus abutantur , iidem Patres Illuſtriſſimi adiiciunt , ad Ordinarii cujuſcumque judicium , ac cenſuram pertinere , ut dignoſcat , num verè ulla ex cauſis ſuperaſcriptis ſubſit , propter quam liceat diebus feſtis rebus ſervilibus vacare , ut , nec dierum feſtorum obſervantia ulla in re violetur , nec opera illis diebus ſumma cum ratione permiſſa impediantur ;] Unde præter cauſam neceſſitatis , & pietatis debet quoque accedere conſenſus Epiſcopi , ut etiam docuit Sylveſter *Summ. verb. Dominica* 5
quærit. 5. enumerans caſus , pro quibus , vel urgeat neceſſitas , vel ſuadeat pietas , vide Engel , *cit. à num.* 13.

Cum in eodem loco nova erigitur

Digitized by Google

tur Eccleſia, (vel ſi ſit antiqua, non ſolebat) non poteſt die, qua alia ejuſdem, ſivè ſit Secularis, ſivè Regularis, celebrat aliquod feſtum, idem & ipſa celebrare, ſed debet in aliam diem protrahere, interim non retardata manutentione illi, quæ eſt antiquior in celebratione, quemadmodum Nicol. *floſ. v. feſtum num.* 5. refert reſolutum à Sac. Congr. Epiſ. Regul. *in una Meſſanen.* 19. *Martii* 1581., *& Sabinen.* 20. *Novembris* 1648. his verbis: *Non debet eadem die celebrari feſtum in duabus Eccleſiis vicinis, ſed moderna debet eligere alium diem*; & in ſimili habetur deciſio Sac. Rit. Cong. quæ, in controverſia vertente inter PP. SS. Vincentii, & Anaſtaſii in Trivio, quibus per ſpeciale breve Innoc. XII. conceſſerat, ut in feria ſecunda cujuslibet hebdomadæ publicè adorandum exponerent San-
7 ctiſs. Euchariſtiæ Sacramentum, & PP. SS. XII. Apoſtolorum de Urbe, ſub eadem die in propria Eccleſia eamdem functionem explentes, *ſub die* 13. *Junii* 1697. *cenſuit, conſulendum Santiſſimo pro tranſlatione Indulgentię ad feriam quartam, addita perpetuitate; & facta relatione, Sanctitas Sua benignè annuit, & translationem Indulgentiæ approbavit.*

Feſtum S. Antonii de Padua ex declaratione Sac. Cong. Epiſ., & Regul. poteſt ipſo ſolemnitatis die celebrari, tum à PP. de Corpore Obſervantiæ, tum Conventuali-
8 bus, prout infra. [Sacra &c. attentis narratis, auditiſque partibus ſuper hinc inde allegatis, cenſuit licère, tàm Fratribus Minor. Conventualibus, quàm Obſervantibus Reformatis S. Franciſci in propriis ſuarum Ordinum Eccleſiis, ſolemnizare feſtum S. Antonii de Patavio Confeſſoris, ea ipſa die, in quam inciderit; modò tamen Reformati à Proceſſionibus abſtineant; De- 9
cretis, ſeù literis ejuſdem Sac. Cong. aliàs circa præmiſſa emanatis, & reliquis in contrarium deductis, minimè obſtantibus. Romæ 20. Septembris 1658.] ut in regeſto ejuſdem Sac. Cong. Lantuſ. *ver. feſtum à num.* 3.

Miſſæ celebrantur, & Officia recitantur de Sanctis in Martyrologio deſcriptis ad formam ſequentis Decreti.

Decretum Generale. [Cum 10
Sac. Rituum Congregationi innotuerit quamplures abuſus irrepſiſſe circa recitationem Officii, ſub prætextu decreti ab eadem Congregatione evulgati de anno 1630. & in Breviario Romano impreſſi, in quo permittitur poſſe in Eccleſia recitari Officia, & Miſſas celebrari de illis Sanctis, quorum Corpora, aut Reliquiæ inſignes in ea aſſervantur: Eminentiſſimi Patres, eidem Sac. Congr. Præpoſiti, iiſdem abuſibus evellendis præcipuè intenti, inherendo decretis, aliàs in ſimilibus editis, declararunt prædicta Officia, Sanctorum, ratione Corporis, ſeù inſignis Reliquiæ recitanda, intelligi debere de Sanctis, dumtaxat in Martyrologio Romano deſcriptis, & dummodò conſtet de identitate Corporis, ſeù Reliquię inſignis illiuſmet Sancti, qui reperitur in Marty-

Digitized by Google

rologio Romano deſcriptus: de cæteris autem Sanctis in prædicto Martyrologio non deſcriptis, aut quibus à Sancta Sede non fuerit ſpecialiter conceſſum, Officia recitari, & Miſſa celebrari, vetuerunt, non obſtante, quod ipſorum Corpora, vel inſignes Reliquiæ in Eccleſiis aſſerventur. Quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatis, debitam fidelium venerationem (prout hactenus ſervatum eſt) exhibendam eſſe cenſuerunt, ſed abſque Officio, & Miſſa, ſub pœnis de non ſatisfaciendo præcepto recitandi Officium, aliiſque in Conſt. Pii V. contentis. Die 11. Auguſti 1691.

11 Et facta de prædictis Sanctiſſimo per me Secret. relatione, Sanctitas Sua hujuſmodi decretum approbavit, ac, ut debitæ exequutioni demandetur, locorum Ordinariis injungendum eſſe præcepit. Die 19. Octobris ejuſdem anni 1691.

Super translatione Feſti Annunciationis poſt octavam Paſchæ, eadem Sacr. Congreg. diſpoſuit, ut infra.

Etſi ſecundum regulas Breviarii Romani, cum plura feſta æqualia in ritu, transferenda ſunt, unum ante aliud transferri debeat eo ordine, quo erant celebranda propriis diebus: attamen quia anno 1690. ab hac Sacrorum Rituum Cong. approbante, & mandante fel. rec. Alexandro Papa VIII. ſpecialis prerogativa conceſſa fuit translationi feſti Annunciationis B. Mariæ Virginis Matris Dei, incidentis in feriam ſextam Paraſceve, vel Sabbatum Sanctum; idcircò eadem Sac. Rituum Congregatio iſtjuſmodi novis decretis inhærens, ob ſpecialem reverentiam Dominicæ Incarnationis ſpeciali hoc privilegio decorandum cenſuit idem feſtum Annunciationis, nimirum, ut quotieſcumque poſthac contigerit feſtum prædictum, etiam quoad ſolum Officium, poſt Octavas Paſchæ, transferri, in eodem cæteris ſemper feſtis æqualis ritûs præponatur, licèt temporis ordine illis ſit in Kalendario poſterius, & ita ſervari mandavit die 14. Junii 1692.]

Occurrente feſto S. Joſephi feria quinta majoris hebdomadæ plures Miſſæ currentis Officii ipſa die celebrantur, & ſolùm quoad Chorum, ſeù Officium, transfertur feſtum Sancti, non quoad forum, ut itidem eadem firmavit.

Cum anno proximè venturo occurrat feſtum S. Joſephi in feria v. majoris hebdomadæ, exortum fuit dubium, attenta univerſali conſuetudine Eccleſiæ celebrandi eo die unam tantum Miſſam, an una cum Officio ipſius S. Joſephi transferri debeat anno prædicto, etiam obligatio audiendi Miſſam, ac vacandi ab operibus ſervilibus? Dubioque hujuſmodi in Sacrorum Rituum Congregatione propoſito; eadem Congregatio ad relationem Eminentiſs., & Reverendiſs. D. Cardinalis Albani, re maturè diſcuſſa, cenſuit Officium transferendum eſſe ad aliam diem, juxta rubricas Breviarii Romani, & decreta ipſius Congregationis; cæterùm præceptum audiendi Miſſam, & vacandi ab operibus prędictis non eſſe 12

eſſe transferendum, ſed ſervandum eſſe prædicta feria v. majoris hebdomodæ: adeoque per Ordinarios locorum accuratè providendum, ut eo die aliquæ quidem Miſſæ privatæ, ante celebrationem ſolitæ Miſſæ Conventualis celebrandæ pro præcepti adimplemento non deſint, ſed tamen propterea antiquus mos Communionis Cleri in Miſſa ſolemni ejus diei, quo Eccleſia SS. Euchariſtiæ Sacramenti inſtitutionem, & memoriam recolit, ſumma religione hactenus detentus, nullatenus omittatur, & ita declaravit, ac decretum hujuſmodi publicari, & imprimi mandavit. Die 13. Septembris 1692.]

13 Non anticipatur vigilia Sancti Matthię Apoſtoli, licèt occurrat ultimo die bacchanaliorum, prout infra.

[Quæſitum fuit, à Sacrorum Rituum Cong. declarari; An vigilia S. Matthiæ Apoſtoli, occurrens hoc anno in feria tertia poſt Dominicam Quinquageſimæ, poſſit ratione carnis privii anticipari cum jejunio. Et eadem Sac. Cong. reſpondit, negativè, & jejunium prædicta feria tertia omnino ſervandum. Die 23. Januarii 1694. A. Card. Cybo.]

Nec in die Corporis Chriſti eſt
jejunandum, ſi incidat in vigiliam
S. Joannis Baptiſtæ, ſed anticipan-
dum jejunium die antecedenti, fe- 14
ria nimirum quarta, prout jejuna-
tur in ipſa vigilia, ex decreto Sac.
Rituum Congr. edito *die* 24. *Se-
ptembris* 1638. & Conſt. Urbani
VIII. *die* 14. *Octobris* 1638. *ut in
Bullar. Cherub.*

CAPUT II.

Officialis quoad Gabellas.

SUMMARIUM.

1 *Deſcribitur Gabella.*
2 *Conſtit. Pii V. ſuper exemptione Mendicantium, & Monialium à Gabellis, & aliis oneribus: lege.*
3 *Conſt. Pii non revocatur à Gregorio XIII.*
4 *Immunitas perſonarum Eccleſiaſticarum eſt inducta Dei ordinatione.*
5 *Pedagia important tributum.*
6 *Decretalis Bonifacii VIII. ſuper exemptione à pedagiis.*
7 *Tallias, & Collectas Eccleſiaſticis imponere, ab Alexandro IV. interdicitur.*
8 *Conſt. Clem. IX. revocatoria exemptionum à Vectigalibus, non comprehendit Regulares.*
9 *Fratres Minores de Corpore Obſervantiæ; & Capuccini ſunt ſpecialiter exempti.*
10 *Delictum privatum, non nocet communitati.*
11 *Gravare eoſdem Fratres Vectigalibus, eſt gravare Pontifices.*
12 *Recipiens rem alienam non acquirit dominium.*

13 *Fratres Minores ſunt exempti ab onere ſolvendi decimas.*
14 *Et Gabellam molituræ.*
15 *Monitorium ſuper exemptione à Gabella quatreni Carnis, & l'bera aſportatione &c. pro eiſdem.*
16 *Mandatum de obſervanda exemptione à Gabella, ſolvenda ſuper quolibet cado Vini pro illis &c.*

1 Gabella juxta Calvinum *Lexicon juridicum* quamdam ſpeciem exprimit exactionis, & tributi, à Principe impoſiti ſuper rebus ad victum, vel veſtitum ſpectantibus, ſive pro facultate aſportandi, vel vehendi currus, mulos, equos, & alia jumenta, vacua, vel onuſta Navar. *Summ. ver. Gabella;* à quo ſolvendi onere variis bullatis indultis eximuntur Regulares, & præſertim Ordin. Mendicantium, ut expreſsè apud *Bullar. Cherub. tom.* 2. B. Pius V. diſpoſuit, ut ſequitur.

2 Dum ad uberes, & infra.

§. I. [Hinc eſt quod nos volentes eoſdem Mendicantium Ordines, & dilectos Filios eorum Fratres, & Monachos, cœteraſquæ perſonas, ac etiam Moniales quaslibet ejuſdem Ordinis, ſub illorum cura degentes ſpecialibus ſavoribus, & gratiis proſequi; Motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus omnes, & ſinguli Mendicantium Ordinum hujuſmodi Fratres, Monachi, & dictæ Filiæ in Chriſto Moniales, ſeù Sorores, ac aliæ utriuſque ſexus perſonæ Regulares ubilibet per totum Chriſtianum Orbem diffuſi, & conſtituti, illorumque Monaſteria, cœnobia, domus, Conventus, Eccleſiæ, Capellæ, Oratoria, & alia loca, etiam unita, ac membra, & dependentia, necnon terræ cultæ, poſſeſſiones, prædia, agri, & alia omnia, & ſingula mobilia, & immobilia, ac ſe moventia, & ubilibet, ac in quibuſcumque Orbis conſiſtentia bona; necnon eorum in dictis bonis laboratores, coloni, arrendatarii, locatarii, & affictuarii, negotiorum ſuorum geſtores univerſi, quomodolibet nuncupati, nunc & pro tempore exiſtentes in perpetuum, ab omnibus, & ſingulis exactionibus, tam urbanis, quam ruſticis, necnon datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impoſitionibus, & oneribus, ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quàm perſonalibus, meris, & mixtis, etiam ſubſidio triennali, & augmento, ac ſecularibus Equorum taxis, militumque hoſpitiis, ac aliis, quibuſque nominibus nuncupatis, quavis auctoritate quomodolibet impoſitis, & imponendis, & quæ Laicis, ac aliis quibusvis quomodolibet imponi conſueverunt, & in futurum imponentur, ac ratione quarumcumque mercium, & rerum cujuſcumque generis, vel qualitatis exiſtentium, tam per mare, & aquam dulcem, quàm per terram, undecumque, & quomodocumque pro tem-

tempore delatarum, necnon animalium quorumcumque mortuorum, & vivorum, & quæ alias quomodolibet, & ex quavis cauſa, ac ſuper quibuſcumque rebus, tam in Alma Urbe noſtra, quàm extra eam ubilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur. Necnon à contributionibus, & ſolutionibus in aliis faciendis, ac tam pro victu, & veſtitu, quàm quocumque alio uſu ſuo tantum, ac tam emendo, quàm vendendo, & aliàs quomodolibet negotiando. Necnon etiam à ſolutione quadrantis pro ſingulis libris carnium de animalibus, quæ nunc, & pro tempore ex armentis occidi contigerit, necnon etiam, quæ in ſuis ædibus, prædiis, & poſſeſſionibus privatim detinent, & nutriunt, ac à contributione ſumptuum, & expenſarum, quæ aliquando pro pontibus, viis, aquæductibus, muris, mœnibus, aliiſve machinis ſtruendis, & reparandis, ſeù reficiendis, ac Civitatum, Terrarum, & locorum quorumcumque fortificationibus, necnon etiam alias in omnibus, & per omnia, ac tam in dicta Urbe, quàm extra eam ubilibet penitus, & omninò liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaque immunia, & exempta ſint, & eſſe cenſeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur. Quodque Terræ, agri, poſſeſſiones, & loca arativa, ut præfertur in illis, quæ aliquando pro paſcuis animalium ad certum tempus reſervantur, nullatenus umquam comprehendantur, nec comprehendi cenſeantur.

§. II. Ac etiam Monaſteria, Cœnobia, aliaque omnia Regularia loca prædicta, pro quorumcumque militum, tam equitum, quam peditum hoſpitiis, quemadmodum magno cum noſtro dolore hucuſque in pleriſque locis factum comperimus, nequaquam aſſignentur, nec aſſignari debeant.

§. III. Et inſuper, quod fructus, redditus, proventus, introitus, & alia quæcumque bona Monaſteriorum, cœnobiorum, & aliorum locorum, Regularium præfatorum, ab aliis, quàm à Syndicis, & Procuratoribus Religioſis Fratribus, Monachis, & Monialibus, aliiſque perſonis præfatis exigi, illaque dumtaxat in beneficium loci, vel ſuſtentationem ipſorum Religioſorum Fratrum, & Monialium expendi, nec per alios quoſcumque quovis nomine cenſeantur, nec in alium, quam premiſſum uſum converti, ſeù expendi poſſint, neque debeant, niſi de conſenſu Superiorum illius loci, cui data, vel conſignata, aut donata fuerint, ſeù ad quem aliàs ſpectabunt, nec etiam ſoli tutores, aut curatores, ſeù protectores, & alio nomine Sanctiſſ., aut aliàs nuncupati de eiſdem bonis ullo modo diſponere poſſint. Quodque idipſum, etiam de eleemoſynis, oblationibus, & quibuſcumque aliis donativis intelligi, & obſervari debeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, ordinamus, volumus, & declaramus.

§. IV. Necnon Fratres, Monachos, Moniales, ac aliàs Regulares perſonas, eorumque Monaſte-

Digitized by Google

ria, Cœnobia, Conventus, Eccleſias, Capellas, Oratoria, & alia loca, ac terras, poſſeſſiones, prædia, agros, & bona, necnon laboratores, colonos, arrendatarios, locatorios, affictuarios, ac geſtores, prædicta, ut præfertur, libera, immunia, & exempta eiſdem auctoritate, & tenore facimus, ac fore, & eſſe decernimus.

§. V. Mandantes propterea dilectis Filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Cameræ Apoſtolicæ Camerario, Præſidentibus, & Clericis, ac Commiſſariis agentibus, & Officialibus quibuſcumque, ut omnibus, & ſingulis, tam virorum, quàm mulierum Monaſteriis Mendicantium Ordinum hujuſmodi exiſtentibus ſub ditione noſtra temporali, mediatè, vel immediatè conſtitutis, tantum ſal; quantum pro eorum uſu ſuffecerit ſingulis annis, omni dilatione ceſſante, & contraditione remota, contribuere, & aſſignare, ac contribui, & aſſignari facere debeant realiter, & cum effectu.

§. VI. Diſtrictè etiam in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac excommunicationis majoris latæ Sententiæ, ac duorum millium ducatorum auri de Camera, pro una Baſilicæ S. Petri de Urbe, & pro altera medietatibus, ſingulis Monaſteriis, & locis præfatis, quæ moleſtari, ſeù perturbari contigerit, irremiſſibiliter applicandorum, pœnis, eo ipſo, ſi, & quoties contrafactum fuerit, incurrendis, inhibentes Sublata &c. Irritum, & Inane &c. Non obſtantibus &c. Romę 29. Julii 1566.

Et quoad id non revocari à Greg. XIII. Conſtit. *In tanta, ut in Bullar. ibidem obſervant* Sorbus *ad Compendium Privileg. ver. ab exactionibus*, Quarant. *Bullar. v. privil. Regul.* præſertim, quia dum à Gregorio reducuntur Conſtitutiones Pii: *Et ſi Mendicantium: ex ſupernæ. Ad hoc nos Deus, & aliæ ibid.* ad terminos juris communis, & Concilii Trid. eumque ſtatum, in quo erant ante Concilium (iis exceptis, quæ Concilio adverſantur) privilegia, quoad ſpecificos actus non ſolvendi Gabellas, aliaque onera, in ſuavi, quam obtinebant ante prædictarum emanationem, relinquuntur, utpotè Concilio non contraria, & in jure communi fundata; ex quo potiùs ad allegatam exemptionem concludendam optimum habetur argumentum *cap. 20. ſeſſ. 25. de ref. dum Eccleſiaſticar. perſonarum immunitatem* firmat *eſſe Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam*; & 4 in priori ad ipſum legitur *in mari magno Prædicatorum, & Minorum* ad Regulares deſcendiſſe; ac per Bonifacium VIII. *de cenſibus, & exactionibus in 6. lib. 3. tit. 20.* generaliter contra exigentes ab Eccleſiaſticis pedagia (hoc eſt per Gloſs. *ad c. quamquam eodem tit.* tributum, quod ſolvitur pro rebus, quæ transferuntur de uno loco ad alium: & in jure vocatur vectigal) ſtatutum eſſe, prout ſequitur.

[Quamquam pedagiorum exa- 6
ctiones, tam jure canonico, quàm civili regulariter meritò ſint damnatæ; tantò tamen diſtrictius, ne ab

Eccle-

Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis
talia exigantur, prohiberi oportet,
quantò ſi id fiat, majoris inde tranſ-
greſſionis reatus incurritur, & offen-
ſa evidentior comprobatur. Cùm
igitur Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque
perſonæ, ac res ipſarum non ſolùm
jure humano, quinimo & divino,
à ſecularium perſonarum exactioni-
bus ſint immunes; conſtitutionem
felicis recordationis Alexandri Pa-
pæ IV. prædeceſſoris noſtri (qui ſta-
tuit Eccleſias, & perſonas Eccle-
ſiaſticas ad pedagia, & guidagia
pœnitus non teneri, nec ad exhiben-
dum, vel ſolvendum talia pro re-
bus ſuis propriis, quos non cauſa
negotiandi deferunt, vel deferri fa-
ciunt, ſeù tranſmittunt:) volentes
propter multorum inſolentiam, &
abuſum pœnæ adminiculo adjuva-
re, adiicimus diſtrictius inhibendo
(contraria conſuetudine quorùm-
cumque, quæ dicenda eſt corrupte-
la verius, non obſtante) ut nec Col-
leg. nec Univerſ., nec aliqua, etiam
ſingularis perſona cujuſcumque ſit
dignitatis, conditionis, aut ſtatus à
præfatis Eccleſiis, aut perſonis, pro
perſonis ipſis, aut rebus prædictis,
talia exigat, vel extorqueat, per ſe,
vel per alium, ſuo nomine, vel
etiam alieno, aut eas ad hujuſmodi
perſolvenda compellat. Qui verò
contrafecerint, ſi perſonæ fuerint
ſingulares, excommunicationis: ſi
autem Collegium, vel Univerſitas
Civitatis, Caſtri, ſeù loci alterius
cujuſcumque, ipſa Civitas, Caſtrum
vel locus interdicti ſententias ipſo fa-
cto incurrant: nec ab excommuni-
catione hujuſmodi abſolutionem,
vel interdicti relaxationem obti-
neant, donec exacta plenariè reſti-
tuerint, & de tranſgreſſione ſatisfe-
cerint competenter.]

Et non licere tallias, vel colle- 7
ctas, ſeù exactiones quaſcumque
Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis
imponere, vel ab eiſdem exigere,
diſpoſuit Alex. IV. *ibid. de Immu-
nit. Eccleſ. lib.3. tit.23. & Clemen-
tina Præſenti de cenſib., & exa-
ctionibus lib.3. tit.13.* locorum Or-
dinariis imponitur, & præcipitur,
ex Gloſ. *ibid. in verb. jubemus*, quod
itidem notavit Sperellus *deciſ.* 37.
*num.*76. ut denuncient, faciantque
publicè denunciare excommunica-
tos, exactores, eoſque, qui pedagia,
& Gabellas ab Eccleſiaſticis, ſuo,
vel alieno nomine exigunt, vel ex-
torquent.

Cenſuram Papæ reſervatam Ca-
non. 18. Bullæ Cœnæ extendit ad
eos quoque, qui prætacta onera ab-
ſque ſpeciali Roman. Pontificis li-
centia à quoquam impoſita, *etiam
à ſpontè dantibus, & concedentibus
recipiunt*: ut Textus expreſsè; cui
indubiè ſubmittuntur Cuſtodes
Pontium, Portus, Fluminum,
Portæ Civitatis, qui ferè omnes,
non modò à ſponte dantibus reci-
piunt, verùm à Clericis, & Regu-
laribus nolentibus ſolvere extor-
quent, & minis, indebitiſque mo-
dis, adhibita etiam vi, cogunt, ut
ſolvant: cum debito reſtitutionis,
prout ſcribit Sperellus *cit. n.*84. Ve-
rum, ut cum ipſo notavit Quaranta
Sum. Bullar. v. vectigal. v. at autem
exactores Gabellarum à præfatis,
non incidunt in cenſuram reſerva-

tam

Digitized by Google

tam in Bulla Cœnæ, niſi onera fuerint expreſsè impoſita Clericis, & Regularibus, prout clarè Canon. ibi, *ſic impoſita, etiàm à ſpontè dantibus*, & firmant DD. ſuper Textum. Et ſolùm, ubi in impoſitione Gabellarum nulla facta fuit Clericorum, & Regularium expreſſio, & exactores indiſtinctè exigunt, tam à Laicis, quàm Clericis, ligantur excommunicatione, quæ habetur *cap. quamquam ſuperius allegato.*, ut poſt alios citati ſcripſere; quod, ſicut cæteri antiqui Canones, in Bulla Cœnæ innovatur Sperellus *num.* 67. 79. 85.

Et fruſtrà Miniſtri, & cœteri ſæculares Laici recurrunt ad conſuetudines, nam Bulla Cœnæ omnes infringit, & damnat: contra quam nec modici temporis conſuetudo allegari poteſt, ut ſcripſit Sperellus *num.* 48., in qua excommunicationes fulminantur, quacumque conſuetudine non obſtante; ideo nullus excuſatur à cenſurarum incurſu; neque ex capite ignorantiæ, ut optimè Sperellus, reprobato Quaranta *loc. allegat. ver. item ab hujus*, probat in fine deciſionis; contra enim Cœnæ Bullam, utpotè ſatis notam, & ad omnium quolibet anno deſcendentem notitiam, ignorantia non eſt allegabilis. Percurratur ipſe Bullæ Textus: videatur Sperellus *deciſ. cit.*, & *deciſ.* 181., & *c. Offic. Quoad bona Monaſteriorum num.* 41. 42. *tom.* 1., & *cit. Offic. Quoad Immunit. Eccleſ.*, *Monaſter. num.* 52. 53.

Ex quibus fit notum Regulares non comprehendi ſub Conſt. *Paterna, quam de noſtris*, Clement. IX. *edita* 20. *Decembris* 1667., reuocatoria exemptionum 8
à vectigalibus, aliiſquè publicis oneribus, propter ſenſum, quem exhibet clauſula in eadem appoſita; *Prætereà omnia, & quæcumque privilegia, & indulta perſonis Eccleſiaſticis, tàm ſecularibus, quàm cujuſvis Ordinis, Congreg., & Inſtituti, ac Societatis, etiam Jeſu, Regularibus, ſuper ſimilibus immunitatibus, & exemptionibus per quoſcumque Roman. Pontif. prædeceſſores noſtros conceſſa, ad limites juris communis, motu, ſcientia, deliberatione, poteſtates, plenitudine, & tenore prædictis, reducimus.*

Et quamquam ad cæteros aliorum Ordinum ejuſdem, & aliarum ſimilium, diſpoſitio ampliaretur, evidens debet eſſe, ad Fratres de Corpore Obſer., & Capucinos non extendi, omneſque alias, ſuper re abſolutè hanc tangente exemptionem, editas, eſſe quoad eos accommodè intelligendas: nam 9
cùm ex proprio inſtituto nil proprii, tam in particulari, quàm in communi habeant, nec poſſint habere, ſequitur eſſe incapaces onerum, quæ rerum proprietatem, & dominium apud eos, quibus imponuntur, ſupponunt.

Nec quo ad hæc attenditur diſtinctio inter Obſervantes, & Reformatos, ac Capucinos, quia hac eadem uſi ſunt ii, qui tempore Clement. IX., orta quæſtione ſuper vectigali ſolvendo Cameræ Apoſtolicæ de vino conducto, pro Fratribus Franciſcanis, pronunciarunt

ex-

exemptos Reformatos, & Capucinos, non verò Obſervantes, quod Teſte Macedo *in tert. ſentent. collat.* 8. *diſſ.* 1. *de inſtit. Vitæ Chriſti*, ſuſtineri non potuit: nam Obſervantes ex vi proprii inſtituti nullum jus, dominium & proprietatem, ſivè in communi, ſivè in particulari habent; ſunt enim pauperes Mendicantes, qui ex ſolis piorum eleemoſynis vivunt, contenti nudo, & ſimplici rerum dumtaxat uſu: ipſarum dominio in Pontifice relicto, & ad Papam ex Decretal. Nicol. III., & Clement. V. translato; quo, ſi eos privare vellet, tamquam legitimus Dominus, poſſet, ſicut Reform., & Capuc. Quorum omnium eadem eſt Regula, & Profeſſio, in quam ſi quis peccet, utpotè privati delictum, id communitati non debet, nec poteſt per DD. nocere; ſed ſemper eamdem vim retinet, & ea-
10 odem puritas Profeſſionis ſubſiſtit.

Ex quibus illatio, & communis deſcendit concluſio, ut ſine exceptione ſint, ex identitate rationis, à vectigali, etiam Obſervantes, prorſus immunes.

Addi poſſet, quod vectigalibus Fratres gravare, & ab eis ſolutionem
11 exigere, ſit ipſos gravare Pontifices, & velle, ut per ipſos ſolvantur: nam cum ab eis ſint vectigalia ſolvenda, qui in bona, de quibus exiguntur, jus, & proprietatem habent, ſequitur, non ad Fratres, ſed Pontifices, ſolutionem ſpectare, quia bona Fratribus, vel relicta, vel eleemoſynis data, ſivè ſint pro Miſſis legata, ſivè alio quovis modo eis per Regulam licito oblata, non Fratrum, ſed Pontificum ex allatis juribus *cap. offi. quoad declarat. Regul. S. Franc.* ſunt propria; & quod, impoſito Fratribus vectigali, ad Pontificem onus ſolvendi redeat; hinc irrationabile, & ineptum reputatur, cum Princeps ſibimetipſi vectigalia imponeret, & ſibi ipſi ſolveret.

Ulterius notetur Dohanerios, & Gabellarios urgentes Fratres ad ſolutionem, operari, ut de non ſuo, ſed alieno ſolvant, ideo non poſſe per eos exigi tuta conſcientia: & pretium ſolutum eſſe reſtituendum, eſt ita firmum, quemadmodum DD. communiter debitum reſtitutionis perpendunt in eo, qui rem alienam accipit, ſuper qua domi- 12
nium ſibi nequit lucrari, utpotè recepta ab impotente dominium transferre.

Quæ, terminis æquitatis inſpectis, adeo conſtans, & firmum exhibent argumentum, ut ſint apta ad conſimiles ſedandas controverſias, & componenda litigia, ac ad pronunciandum, & reſolvendum, quo ad victum, & veſtitum, pro ſubſiſtentia exemptionis in præfatorum favorem, ut pluries in facti contingentia Romæ pronunciatum, declaratum, & decretum reperitur.

Exemptionem à decimarum ſolutione firmavit S. Cong. Epiſc., & Regul. prout *cap. Offic. Quoad bona &c. num.* 27. 28. *&* 29. *to.* 1., *&* 13
iterum ſub die 20. *Maii* 1662. Dom. Papæ Teſaurarius Generalis apud Lantuſc. *ver. Gabella, ubi n.* 4. refertur alia ab onere ſolvendi Gabellam moliturę, vulgo *del Macinato, & n.* 5. quatreni carnis, ut 14

ple-

Digitized by Google

plenius continetur in literis Monitorialibus, & pro vino conducto ad Fratrum uſum, ut exprimunt mandata, quæ, ut infra reſpectivè, exhibemus.

Monitorium cum inhibitione ſuper exemptione à ſolutione Gabellæ quatreni Carnis, atque libera earumdem Carnium aſportatione, tranſitatione, & introductione, etiàm aliis in locis recipiendarum, nec non ſuper obſervatione ſententiæ aliàs deſuper latæ, tàm prò Conventu, & RR. PP. Sanctæ Mariæ de Aracæli, quàm aliis Conventibus, & RR. PP. Minor. Obſerv. Sancti Franciſci.

[Palutius Tituli Baſilicæ S. Mariæ Tranſtyberim Presbyter Cardinalis de Alteriis S. R. E. Camerarius. Univerſis, & Singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Diaconis, Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis, quibuſcumque, illique, vel illis, ad quem, ſeù quos præſentes noſtræ pervenerint, aut aliàs quomodolibet oſtenſæ, vel præſentatæ fuerint, ſalutem in Domino. Noveritis, quod in plena Camera Apoſtolica ſub die 24. menſis Novembris proximè præteriti, ex parte, & ad inſtantiam V. Conventus, & *RR. PP. Sanctæ Mariæ de Aracæli, omniumque aliorum Conventuum Religionis Minor. Obſer. Sancti Franciſci*, tàm contra Dohanerios Urbis, quàm omnes alios Appaltatores Gabellæ Carnis, aliorum quorumvis locorum, fuerit in plena Camera Apoſtolica confecta infraſcripta propoſitio, videlicet, Committi D. de Aſte, cui aliàs, & ſub die 14. Octobris 1686. fuit commiſſa Cauſa ex parte, & ad inſtantiam RR. PP. Capucinorum Civitatis Viterbii, & ſub die 10. Octobris proximè præteriti ad inſtantiam V. Conventus, & PP. Sancti Franciſci Min. Obſer. Matelicæ contra Appaltatores dd. locorum ſuper exemptione dd. PP. tanquàm de Ordine Mendicantium Sancti Franciſci competente à prætenſa ſolutione Gabellæ quatreni Carnis, & reſpectivè Carnium aliis in locis recipien. aſportatione ad d. Civitatem, nec non etiam ſuper obſervatione ſententiæ per bon. mem. Salviatum de voto plenæ Cameræ ſub die 16. Januarii 1662. ſuper hujuſmodi exemptionem per acta Monini, tùnc Cameræ Apoſtolicæ Notarii latæ favore RR. PP. Sancti Antonii in Monte Reatis Ordinis Sancti Franciſci Strictioris Obſerv. hujuſmodi cauſam cum clauſula, quam, & quas, & inhiberi, ac cum facultate ſuper præmiſſis concedendi Monitorium cum inhibitione favore ſupradictorum PP. S. Mariæ de Aracæli, & aliorum Conventuum contra d. Dohanerios, & Appaltatores Urbis, ac aliis facultatibus deſuper neceſſariis opportunis, à qua plena Camera reſcriptum fuerit ad D. de Aſte, qui Monitorium cum inhibitione in Curia, & extrà ſuper exemptione à ſolutione Gabellæ quatreni Carnis, ac reſpectivè obſer-

ſervatione ſententiæ per d. Salviatum latæ, cujus tenor talis eſt, ut ſequitur, videlicet. Chriſti Nomine Invocato, prò Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quàm de DD. Cameræ Apoſtolicæ Conclericorum Præſidentium voto paritèr, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis, quæ primò in prima coram D. Theſaurario Generali, & ſecundò in ſecunda, ſeù alia veriori inſtantiis coram nobis verſæ fuerunt, & vertuntur intèr D. Joannem Palumbum Procuratorem Ordinis Min. Strictioris Obſervantiæ, nomine Conventus nuncupati S. Antonii de Monte Civitatis Reatis S. Franciſci, Fratrumque d. Ordinis actorem, & appellantem, ex una: & DD. Lauretum Angelottum, Joſephum Flavium, & alios Appaltatores Gabellæ quatreni Carnis in d. Civitate Reatis, & litis Conſortes reos Conventos, & appellatos partibus ex altera, ſuper exemptione à prætenſa ſolutione d. Gabellæ quatreni Carnis, & reſpectivè Carnium aliis in locis recipien. aſportatione, rebuſque aliis &c. Viſis videndis dicimus, pronunciamus, declaramus, & diffinitivè ſententiamus, benè fuiſſe pro parte dd. Conventus, & Fratrum de nullitate dictum, & appellatum adverſus ſententiam ſecunda vice latam per d. Theſaurarium, ſivè ejus Auditorem ſub die 11. Martii 1661. ad favorem dd. Gabellariorum, & litis Conſortium, ac nullitèr, & malè d. D. Teſaurarium, ſivè ejus Auditorem d. die 11. Martii 1661. pronunciaſſe, & revocaſſe alteram ſuam ſententiam prima vice 11. Jan. 1661. ritè, & rectè latam ad favorem dd. Conventus, & Fratrum, & proptereà, d. ſecundo loco latam ſub die 11. Martii ſententiam nullam, & invalidam declarandam fore, & eſſe, & quatenus opus ſit annullandam, revocandam, & infirmandam, proùt declaramus, & annullamus, revocamus, & infirmamus; moleſtationes autem, vexationes, jactationes, & impedimenta per d. Gabellarios, & litis Conſortes quomodolibet ſuper ſolutione d. Gabellæ Carnis, & Carnium undique recipien. aſportatione præfatis Conventui, & Fratribus illatas, præſtitas, & comminatas, illata, præſtita, & comminata fuiſſe, & eſſe illicitas, indebitas, & de facto præſumptas, illicita, indebita, & præſumpta: prout tales, & talia declaramus, & ſuper præmiſſis dd. Gabellariis, & litis Conſortibus perpetuum ſilentium imponen. fore, & eſſe, proùt imponimus; victoſque victoribus in expenſis in cauſa factis, nec non damnis, & intereſſe condemnandos fore, & eſſe, proùt condemnamus, illarum tamèn taxationem, & eorum liquidationem nobis, vel cui de Jure impoſterùm reſervando, & pro præmiſſis omnibus, & ſingulis quæcumque mandata quomodolibet neceſſaria, & opportuna decernen. fore, & eſſe, proùt decernimus, & relaxamus, & ità dicimus, pronunciamus,

mus, declaramus, decernimus, volumus, atque mandamus, non ſolum iſto &c. ſed etiàm omni alio meliori modo &c. Ità pronunciavi Ego Laurentius Salviatus Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & Judex. Nuper verò fuiſſe coram nobis, & eodem Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Joſeph de Aſte Judice infraſcripto ex parte, & ad inſtantiam præfatorum Ven. Conventus, & PP. Sanctæ Mariæ de Aracœli, omniumque aliorum Conventuum Regul. Min. Obſerv. Sancti Franciſci omni meliori modo &c. principalium comparitum, & debita cum inſtantia poſtulatum, quatenus Monitorium ſuper antedicta exemptione, & præinſertæ ſententiæ obſervatione cum inhibitione eiſdem concedere velle dignaremur. Nos itaque, ac præfatus Illuſtriſs. D. de Aſte attendentes petitionem hujuſmodi eſſe juſtam, rationique conſonam, juſtaque petenti non eſſe denegandum aſſenſum, Monitorium petitum cum inhibitione, ut infra conceden. fore, & eſſe, prout idem Illuſtriſs. D. de Aſte Judex ad formam præinſerti Decreti Cameræ, & ſententiæ reſpectivè conceſſit, & nos concedimus per præſentes. Quo circa de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ vivæ vocis oraculo nobis deſuper facto, & auctoritate noſtri Camerariatus Officii Vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum tenore præſentium committimus, & in virtute Sanctę obedientiæ ſtrictè pręcipiendo mandamus, quatenùs ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ac poſt quàm pręſentium vigore fueritis requiſiti, ſeù alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, imò veriùs Apoſtolica auctoritate moneatis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciatis, & mandetis, prout nos, & idem Illuſt. D. de Aſte Judex per præſentes monemus, & requirimus Illuſtriſs. DD. Marchionem Philippum, & Antonium de Nerlis, ac Jo: Franciſcum Fantonum, Almæ Urbis Dohanerios Generales, omneſque alios Appaltatores, aliorum quorumvis locorum, ac in executione præſentium nominandos, & cognominandos, quatenùs infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, trinaque monitione Canonica nos aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem, ne ſub mille ducatorum auri Rev. Cameræ Apoſtolicæ applican., & pro illis mandati executivi, ac in Juris ſubſidium, quatenus opus ſit, excommunicationis, aliiſque &c. arbitrio dicti D. de Aſte Judicis, pœnis infligendis, debeant, & quilibet ipſorum debeat præfatos inſtantes vigore privilegiorum eiſdem conceſſorum à ſolutione Gabellæ quatreni Carnis, ac reſpectivè Carnium aliis in locis recipien. introductione, tranſitatione, & aſportatione ad hanc Almam Urbem, ſivè ad quoſcumque Conventus dictæ Religionis ubique locorum exiſtentes, liberos, & exemptos, feciſſe, ac præinſertam ſententiam ſuper præmiſſis latam, etiam

etiam favore prædictorum inſtantium ad unguem, ac de verbo ad verbum attendiſſe, obſervaſſe, & debitæ, omnimodęque, ac plenariæ executioni demandaſſe, & demandari feciſſe, necnon ab omnibus, & ſingulis jactationibus, moleſtationibus, perturbationibus, & impedimentis eiſdem V. Conventui, & PP. S. Mariæ de Aracœli, omnibuſque aliis Conventibus Relig. Minor. Obſerv. Sancti Franciſci inſtantibus dè, & ſuper præmiſſis, illorumque Cauſa, & occaſione hactenus illatis, ſeù inferri comminatis, dandiſque, & inferendis in futurum, ceſſaſſe, receſſiſſe, deſtitiſſe, ac ſe ſe omninò abſtinuiſſe aliàs per nos, & Illuſtriſſimum D. de Aſte Judicem à jactationibus &c. ceſſari, inſtantes à ſolutione dictæ Gabellæ, liberos, & exemptos declarari, præinſertamque ſententiam, etiam favore inſtantium obſervari, ac debitæ executioni demandari, expenſaſque, damna, & intereſſe paſſa, & patienda, ac taxanda, & liquidanda, refici, mandari, & mandata quæcumque dè Obſervando executiva, & alia deſuper neceſſaria decerni, concedi, relaxari, decreta, ſententias, aliaſque, & alia fieri, ferri, & promulgari, jus, & juſtitiam miniſtrari, nobileque officium Judicis, & beneficium juris eiſdem inſtantibus, qui deducunt omne jus, omnemque actionem, &c. interponendo, & implorando vidiſſe, & audiviſſe, & præſentibus omninò, parviſſe, alioquin, &c. inſuper inhibeatis, & inhibendo expreſsè præcipiatis, & mandatis, prout Nos, & præfatus Illuſtriſſimus D. de Aſte Judex, inhibemus, & inhibendo expreſsè præcipimus, & mandamus ſupradictis omnibus, & ſingulis DD. Dohaneriis, & Appaltatoribus, eorumque Officialibus, & Miniſtris, nè ſub antedictis pœnis audeant, ſeù præſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeù præſumat præfatos inſtantes pro ſolutione dictæ Gabellæ moleſtare, vexare, & perturbare, ac moleſtari, &c. facere, ſeù fieri, permittere, nec quidquam aliud contra formam, & tenorem ſupra præinſerti Decreti Cameræ, & ſententiæ reſpectivè innovare, ſeù attentare, innovatumve forsàn, & attentatum ulterius proſequi, mediare, terminare, & finire per ſeſe, vel per alium, ſeù alios quovis ſub prætextu, &c. & nihilominus ſi quis, &c. compareat, &c. in quorum fidem, &c. Datum Romæ in Camera Apoſtolica hac die 9. Decembris 1687.]

Jòſeph de Aſte Cameræ Apoſt. Clericus, & Judex.

Franc. Antamorus Rev. Cam. Apoſt. Secret.

Regiſtratum in libro diverſorum Eminentiſſ. Camerarii ſub fol. 97.

Man-

Digitized by Google

16 *Mandatum de obſervando exemptiones à Gabellis bononenorum quinque ſuper quolibet Cado Vini, ac reſpectivè ſuper Fœno, & Palea impoſitis pro RR. PP. Minoribus de Obſervantia Sancti Franciſci, ac RR. PP. Capuccinis, & RR. PP. Reformatis S. Franciſci.*

Bonaccurſius Bonaccurſius, Prothonotarius Apoſtolicus Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Rev. Cameræ Apoſt. Generalis Theſaurarius. DD. Antonio Scariono, Joanni Baptiſtæ Bullæ, & Joanni de Bartholomeis Affictuariis, & Appaltatoribus Gabellarum bononenorum quinque ſuper quocumque Cado Vini, & ſuper quacumque Salma Fæni, & bononenorum duorum cum dimidio ſuper quavis Salma Paleæ, introducen. in Urbem, ac quibuſcumquè aliis dictæ Almæ Urbis, Provinciæque Romanæ Dohaneriis, Gabellariis, eorumque Miniſtris, Executoribus, & Commiſſariis quibuſcumque, pontiumque, & Portarum Cuſtodibus, necnon omnibus, & ſingulis dictæ Almæ Urbis, ac Provinciæ Romanæ prædictæ DD. Judicibus quibuſcumque Eccleſiaſticis, & Secularibus, Commiſſariis, Ordinis, & Subdelegatis, quacumque auctoritate fungentibus, ac futuris, Baroncellis quoque Exequutoribus, Subexecutoribus, cœteriſque Juſtitiæ Miniſtris, ad quos ſpectat quomodolibet in futurum, illique, vel illis: ad quem, ſeù quos præſentes noſtræ pervenerint, ſeù aliàs quomodolibet oſtenſæ, vel præſentatæ fuerint, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, immò veriùs Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, quod introducta coram Nobis lite, & cauſa inter Reverendos Patres Minores de Obſervantia Sancti Franciſci in Conventu Sanctæ Mariæ de Aracœli Urbis Actores, & RR. Patres Capuccinos in Conventu Immaculatæ Conceptionis de Urbe, ac RR. Patres Minores de Obſervantia, ac Reformatos Sancti Franciſci Provinciæ Romanæ admiſſos ad cauſam ex una, & Reverendiſſimum Dominum Jacobum Elephantutium Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ejuſque Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarium Generalem, ac dictos Dominos Antonium Scarionum, Joannem Baptiſtam Bullam, Joannem de Bartholomeis Affictuarios, & Appaltatores prædictos de, & ſuper exemptione à ſolutione dictarum Gabellarum, rebuſque aliis, in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, & illarum occaſione partibus ex altera; in qua quidem cauſa ad varios, & diverſos actus deventum, tandem ſervatis de jure ſervandis, noſtram diffinitiuam tulimus ſententiam hujuſmodi ſub tenore videlicet. Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum

ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de Juris peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in prima, ſeù alia veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantiis inter Reverendos Patres Minores de Obſervantia Sancti Franciſci in Conventu Sanctæ Mariæ de Aracœli Urbis Actores, & Reverendos Patres Capuccinos in Conventu Immaculatæ Conceptionis de Urbe, ac Reverendos Patres Minores de Obſervantia, ac Reformatos Sancti Franciſci Provinciæ Romanæ, admiſſos ad cauſam ex una, & Reverendiſs. Dominum Jacobum Elephantutium, Sanctiſſimi Domini Noſtri, ejuſque Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarium Generalem, & Dominos Antonium Scarionum, Joannem Baptiſtam Bullam, & Joannem de Bartholomeis, Affictuarios, & Appaltatores Gabellarum bononenorum quinque ſuper quocumque Cado Vini, & ſuper quacumque Salma Fæni, ac bononenorum duorum cum dimidio ſuper quavis Salma Paleæ introducen. in Urbem Reos Conventos, Patribus ex altera, de, & ſuper exemptione à ſolutione dictarum Gabellarum, rebuſque aliis &c. dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & diffinitivè ſententiamus dictos Rever. Patres Minores de Obſervantia, ac Reformatos, & Capuccinos, tamquàm ſingulariter profitentes voto ſolemni altiſſimam paupertatem, & nihil, nec in communi, nec in particulari poſſidentes, ſed ex Piorum eleemoſynis viventes, fore, & eſſe ſingulariter exemptos, & exceptuatos à ſolutione prædictarum Gabellarum, ipſoſque non eſſe comprehenſos in illarum conſtitutione, nec impoſitione, obligationemque injunctam omnibus Mendicantibus cujuſvis generis ſolvendi Gabellas prædictas, Patres Min. Obſerv. Reformatos, & Capuccinos non comprehendere, nec afficere, & propterea ipſos nullo modo teneri, neque eſſe obligatos ad prætenſam ſolutionem earundem Gabellarum, & pro iis nunquam moleſtari poſſe, aut debere volumus, & mandamus, nec non quaſcumque obligationes, & fidejuſſiones, per Syndicum Apoſtolicum, vel aliam quamcumque perſonam, pro ſupradictis Obſervantibus, Reformatis, & Capuccinis, occaſione ſupradictarum Gabellarum Vini, Fæni, & Paleæ, quomodolibet factas, & præſtitas, abolendas, & caſſandas fore, & eſſe, prout abolemus, & caſſamur, ac pro caſſis, & aboletis haberi, ideoque prædictos Religioſos in altiſſima paupertate viventes ab illis abſolvendos fore, & eſſe, prout abſolvimus, & liberamus, dictiſque Illuſtriſſimo Domino Commiſſario Reverendæ Cameræ, & Gabellariis nullum jus, nullamque actionem ſuper præmiſſis modo aliquo competiſſe, aut competere, nec fore competiturum; Ideoque perpetuum ſilentium eiſdem imponendum fore, & eſſe, prout imponimus, & pro impoſito haberi volumus, & mandamus; Et inſuper, inhibemus

Digitized by Google

mus prædictis. Domino Commiſſario Cameræ, & Gabellariis, & cuilibet eorum inſolidum, ut pro præfatis Gabellis, ac dicta obligatione, ſeù fidejuſſione dictos Reverendos Patres, eorumque Syndicum, nec aliquam perſonam pro ipſis Agentem, numquam moleſtent, ſeù moleſtari faciant ſub quovis prætextu, Reſervantes tamen dictis Gabellariis jura talia qualia, & ſi quæ, & quatenus &c. & prout de jure competunt, contra quos de jure agendi ad revelationem quatenus &c. & non aliàs &c. Victoſque Victoribus in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, quatenus huic ſententiæ non acquieſcant, quatenus verò acquieſcant ab expenſis abſolvimus, & liberamus. Et ità ſingula ſingulis congruè referendo, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & diffinitivè ſententiamus, non ſolùm &c. ſed omni &c. Ita pronunciavi Ego Anibal Simonettus Auditor. Subſequenterque comparvit coram Nobis admodùm Reverendus Pater Frater Franciſcus à Palumbaria olim Guardianus ſupradicti Venerabilis Conventus, & nunc Almæ Provinciæ Romanæ Vicarius Provincialis, ac petiit, & inſtetit præinſertam ſententiam, omniaque, & ſingula in eo contenta, & expreſſa quæcumque, per quos ſpectat obſervari, & mandatum de obſervando eiſdem omnibus Patribus ſupradictis concedere, decernere dignaremur. Nos itaque attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, mandatum de Obſervando, ut infrà concedendum fore, & eſſe duximus, prout conceſſimus, & concedimus per preſentes. Quocirca auctoritate noſtri Theſaurariatus officii, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum tenore præſentium committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ, nè ſub mille ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & pro illis mandati exequutivi, & in juris ſubſidium, excommunicationis, ac trium ictuum funis publicè infligendorum, & mandati de capiendo reſpectivè, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore & ex parte omnium ſupradictorum Reverendorum Patrum fueritis requiſiti, ſeù alter veſtrum fuerit requiſitus, noſtraque, immò verius Apoſtolica auctoritate, præinſertam ſententiam, omniaque, & ſingula in ea contenta, & expreſſa quæcumque, eiſdem omnibus ſupradictis Reverendis Patribus, & cuilibet eorum inviolabiliter, & ad unguem obſervetis, & adimpleatis, ac omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, obſervari, & adimpleri mandetis, & faciatis in omnibus, & per omnia, prout in eàdem præinſerta ſententia continetur. Non permittentes eoſdem Reverendos Patres Inſtantes, & quemlibet eorum contra formam, & tenorem di-

ctæ

Digitized by Google

ctæ præinſertę ſententię à quoquam quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, ſeù impediri, ſub quovis prætextu, cauſa, capite, ingenio, vel quæſito colore. Alioquin contra inobedientes, & præmiſſis non parentes ad ſupradictarum pœnarum incurſus declarationem, & omnimodam exequutionem procedemus, juſtitia mediante, contrariis non obſtantibus quibuſcumque, in quorum omnium, & ſingulorum fidem has præſentes fieri, & per infraſcriptum noſtrum, & Cameræ Apoſtolicæ Notarium, ſubſcribi, ſigillique noſtri, quo in talibus utimur, juſſimus, & fecimus impreſſione muniri. Datum Romæ ex Ædibus noſtris hac die xxviii. Martii M. DC. LXVII. Indictione quinta, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Alexandri Divina Providentia Papæ Septimi, anno ejus duodecimo.

B. Bonaccurſius Theſ. Gener.

Franciſcus Antamorus.

¶ Fidem facio per præſentes Ego Rev. Cameræ Apoſt. Secretarius, & Cancellarius infraſcriptus, qualiter die decima tertia Menſis Februarii 1685. Coram Illuſtriſs., & Reverendiſſimo D. de Cavaleriis pro RR. Patribus Minoris Obſervantiæ S. Franciſci, Capuccinis, & Reformatis de Urbe principalibus, contra DD. Gaſparem Turcum, & Ignatium Marconum Procuratores aſs. D. Joannis Mariæ Baldinuccii, & Sociorum Appaltatorum, & Aſſictuariorum Vini, Fæni, & Paleæ de Urbe, ex adverſo principalium, Agapitus, & Caramillinus Sanctiſs. D. N. Papæ Curſores retulerunt in ſcriptis ſe ſe die 12. hujus dom. dim. Cop. eoſdem citaſſe ad dicendum contra decretum Cameræ, & juxta illius formam mandari exequi rem judicatam Cameralem, & pro illius effectu reſtitui pignora nulliter, & indebitè facta, & mandatum de reſtituendo in forma concedi, & relaxari, nec non in vim rei judicatæ videndum taxari, & moderari expenſas in cauſa factas, illaſque taxatas, & moderatas ſolvendum, & tàm pro illis, quàm pro omnibus aliis contentis in ſententiis decerni, & relaxari, quodcumque mandatum ad primam diem; Inſtantibus, eiſdem Principalibus, ſivè &c. Relatione facta comparvit D. Ferdinandus Nuptius Procurator, & repetito decreto Cameræ petiit, ac per Illuſtr. D. obtinuit ut ſupra, & juxta illius formam mandari, & exequi rem judicatam, & pro effectu illius exequtionis reſtitui pignora, ac in vim dictæ rei judicatæ taxari, & moderari expenſas, prout in liſta tenoris, prout in ea, ac tàm pro illis, quàm pro omnibus contentis in ſententiis quæcumque mandata deſuper neceſſaria, & opportuna decerni, & relaxari, niſi infra tres cum intimatione, quoad expenſas tantùm omni &c. Gaſpar de Cavaleriis C. A. C. & Judex deputatus. Et aliàs latius prout in actis mei &c. ad quæ &c. In quorum fidem &c. hac die 8. Martii 1685.

Ita eſt Franciſcus Antamorus R. C. A. Secretarius.

CAPUT III.

Officialis quoad habitum Regularem.

SUMMARIUM.

1 *Non habitus, ſed profeſſio facit Monachum.*

2 *Inhibetur Laicis deferre habitum Ord. S. Franciſci.*

3 *Qui, nec de licentia Superiorum, poteſt cum capuccio deferri.*

4 *Poſſunt deferentes illum Ordin. Prædicator. per cenſuras compelli ad deponendum.*

5 *Pueri habitum Religioſum debent, expleto ſexto ætatis anno deponere.*

6 *Regularis dimittens habitum propriæ Religionis ipſo facto excommunicationem incurrit.*

7 *Quando temerè habitus dimittatur.*

8 *Etiam ſine cauſa occultans cenſura ligatur.*

9 *Nulli Regulari conceditur licentia deferendi occultè habitum propriæ Religionis.*

10 *Qui habitum dimiſerit, non auditur de nullitate ſuæ profeſſionis, niſi illum priùs reaſſumat.*

11 *Volentibus ſepeliri cum habitu Ordin. Prædicator. vel Minor. non conceditur iis, niſi per Superiores.*

12 *Eligentes cum eo ſepeliri poſſunt liberè ſibi eligere ſepulturam, etiam in aliis Eccleſiis.*

13 *Probibentur diſputationes ſuper vera forma habitus S. Franciſci.*

14 *Interdicuntur libri omnes tractantes de vera ſucceſſione filiorum Sancti Franciſci, & vera forma caputii.*

15 *Et inſcriptiones omnes Imaginum Sanctorum Franciſci, & Antonii, in quibus dicitur: forma habitus &c.*

16 *Et Imagines S. Auguſtini, & Nicolai de Tolentino depictæ à Diſcalceatis in eorum habitu.*

1 Licèt non habitus, ſed profeſſio Regularis, Monachum faciat, *cap. ex parte de Regul. lib. 3. tit. 31.*; & proindè, tametſi Regulares non ſint Laici, qui, non emiſſa profeſſione, deferunt habitum proprium Religionis à S. Sede approbatæ, nihilominus, quia ex ejuſmodi delatione ſæpè oriri poſſunt in populo ſcandala, & in dedecus Religionis id cadere ſolet, à S. Sede legitur prohibitum. Innoc. IV. apud Sorbo *ver. habitus Fratrum* inhibuit, ut nullus ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ præſumeret deferre habitum Fratrum Minorum, aut ita conſimilem, quòd propter eum Fratrem ejuſdem Ordinis credi poſſet; idem mandavit Clemens IV. apud eumdem, & locorum Diœceſanis commiſit poſſe cenſura Eccleſiaſtica contrafacientes

cientes ad deponendum compellere. Sub anno 1686. preces exhibuere Innoc. XI. Procurat. Gen. Ord.
2 Min. de Obſ. Reform., & Capuccin., ut diſpoſita per Paul. II. *Conſt. Regularem vitam* Urbanum VIII. *Conſt. cum ſicut* 5. *Octobris* 1638. ea de re editis, realiter obtinerent effectum, & quatenus opus eſſet præfatorum literas renovaret, cum expreſſa declaratione, quod nulli extra Ordinem ſine Superiorum conſenſu, habitus Franciſcanus, etiam ſine capucio: & cum iſto, nec de eorun-
3 dem licentia, concedi poſſet; quas cum Innoc. Sac. Congr. Epiſ. & Regul. remiſiſſet, ipſa hujus tenoris decretum edidit.

Sac. Cong. &c. [ſtante remiſſione libelli per SS. D. N. facta, & attentis narratis, cenſuit injungendum, prout præſentis Decreti tenore injungit Ordinariis locorum; ut ſupradictas Conſtitutiones Apoſtolicas juxta earum tenorem excutioni omnino demandent.] *Romæ* 21. *Martii* 1686. *Regeſt.* 26. Ciſmont. *num.* 384. Directorium trium *Ord. art.* 6. *num.* 1.

Habitum quoque Ord. Prædic. deferre eſt diſtrictè prohibitum à Sixto IV. Conſt. regimini, Mare magnum Prædicat. nuncupata, prout infra: [inhibemus etiam, ut nulli, ſive ſit in Religionis Ordine, ſive extra Ordinem conſtitutus, habitum veſtrum, nec ita conſimilem, quòd propter eum Frater Prædicator credi poſſit, deferre liceat, abſque mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali; & ut dicta inhibitio majorem conſequatur effectum, ſtatuimus, ut hi, qui habitum veſtrum, aut ſibi ſimilem prædicto modo deferre præſumpſerint, ad deponendum ipſum per Diœceſanos locorum (cum à vobis requiſiti fuerint) monitione pręmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compellantur. 4

Pueris quoque, ſexto ſuæ ætatis anno expleto, non licet, neve poſſunt ex devótione habitum Religioſum deferre, pro ut *ſub die* 10. 5 *Januaris* 1627. reſcribitur Neapoli Cardinali Bon. compagni apud Lant. *ver. habitus num.* 1.

Quemadmodum non Regularibus habitu regulari veſtiri ſub enunciatis pœnis prohibetur, ſic Regularibus perſonis eſt diſtrictè vetitum habitum propriæ Religionis dimittere; *cap. ut periculoſa Religioſis vagandi materia ſubtrahatur, diſtrictius inbibemus, ne de cętero aliquis quamcumque Religionem tacite, vel expreſſe profeſſus, in ſcholis, vel alibi temere habitum Religionis ſuæ dimittat;* & infra. *Si quis autem horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat ſen-* 6 *tentiam ipſo facto.*

Ubi non quævis habitus dimiſ-
ſio ſub cenſura interdicitur, ſed te- 7 merè, ſine juſta nimirum, & rationabili cauſa facta, per Gloſs. ibid. in *ver. temere*, & Ameno *de pœnis tit.* 2. §. *primo Apoſtaſia numer.* 36. Confect. *collect. privileg. Mend. par.* 2. *cap.* 14. *tit.* 13. & ad finem liberius extra clauſtra evagandi; quod eſt ratio motiva, cur decretalis cenſuræ dimittentes habitum ſupponat, Donat. *tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 6. *qu.* 9. quam non incurrit ipſum

Digitized by Google

dimittens, ſi propter hoc eſſe latam ignoret, per edocta ab Ameno *nu.* 37. *ex dict. cap. off. quoad Apoſtatas num.* 46. *tom.* 1.

8 Cenſuram latam contra dimittentem habitum incurrit Regularis, eumdem ſine cauſa occultantem ſic, ut dignoſci non poſſit, cujus Ordinis Religioſus exiſtat per DD. congeſtos à Barboſ. *ad ſeſ.* 25. *cap.* 19. *Conc. Trid. de Regular. nu.* 36. etenim tunc habitum, tametſi non materialiter, formaliter dimittit, quatenus nec ſub eo diſcerni poteſt, cujus Religionis ſit expreſsè profeſſus, ut notavit Confect. ibid.

9 *c.* 14. propterea Trid. *ſeſ. & cap. cit.* firmat, nulli Regulari eſſe concedendum, ut occultè deferat ſuæ Religionis habitum.

10 Ubi quoque diſponit, quod nullus, qui ſpontè habitum dimiſerit, ad deponendum ſuper ſuæ profeſſionis nullitate admittatur, niſi priùs habitu reaſſumpto, ad clauſtra redierit.

Volentibus ſepeliri in habitu Frat. Ord. Prædicat. vel Minorum, non niſi per Superiorem Pre-

11 latum domorum ipſorum Ordinum, vel Priorem, aut Guardianum reſpectiuè, vel cui illi duxerint committendum dumtaxat, & non per alium, quavis auctoritate, vel prælatione fulgentem, ſtatuit Sixtus IV. *in Bulla Aurea* exhibendum eſſe; per quæ concluditur excluſiva quorumcumque Prælatorum extra Ordinem; qui prohibere non poſſunt, quin cadavera ſic induta, liberè, & nullo ſuper impoſito pallio ad ſepulturam deferantur; & in contrarium, etiam ſub cenſuris, editas prohibitiones ipſe modificat Sixtus.

Eligentes autem ſic ſepeliri, non debent in Eccleſiis prefatorum Or- 12
dinum de neceſſitate tumulari, ſed ubi ſepulturam elegerint, prout id eorum relinquitur arbitrio, juxta diſpoſita à Leone X. *Conſt. dum intra*; *volentes quoque ſepeliri in habitu eorumdem Frat. in clauſtro non degentes, ſed in propriis domibus cohabitantes, in eorum ultima voluntate ſepulturam ſibi libere eligere poſſint.*

Quia cum fidelium ſcandalo, & contra Fraternæ charitatis mandatum, qua decet ejuſdem Patris Filios ſe mutuò diligere, inſtitue-
bantur quæſtiones à PP. Conven- 13
tualibus, & Capuccinis, ac diſputationi committebatur examen de vera forma habitus Ordinis Seraphici: ideò Urbanus VIII. *die* 14. *Decembris* 1630., *mandavit, eiſdem ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, nec non privationis vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque, etiam corporalibus arbitrio Sanctitatis Suæ pœnis, ne audeant de cætero voce, vel ſcripto, de hujuſmodi materia tractare, donec ab eadem Sanctitate Sua aliter fuerit ordinatum. Jo: Ant: Thomaſius S. Roma., & Univer. Inquiſit. Notarius.* Lant. *ver. habitus n.* 11.

Super quo deinde ad verè, & cum effectu eradicanda controverſiarum ſemina, hæc Alex. VII. mandavit edi decreta, & in Indice librorum prohibitorum apponi.

[Primò: libri omnes impreſſi, &

14 & qui, inconſulta Sacra Congre-
gatione, imprimentur, tractantes
controverſiam de vera, & non in-
terrupta ſucceſſione filiorum Sancti
Franciſci, & de vera forma caputii
ejuſdem, prohibentur ſub pœnis in
Indice librorum prohibitorum con-
tentis. *Die* 10. *Junii* 1658.

Secumdùm, Inſcriptiones omnes
15 Imaginum SS. Franciſci, & An-
tonii de Padua, in quibus dicitur
formam habitus, qua depicti ſunt,
eſſe eamdem, qua ipſi uſi fuerunt:
vel in quibus aſſeritur in hoc, vel
illo Ordine S. Franciſci eſſe veram,
legitimam, & non interruptam
ejuſdem Sancti Patris in filios ſuc-
ceſſionem, inhærentes decreto aliàs
edito] *die* 10. *Julii* 1658. prohi-
bentur. *Romæ* 10. *Novembris*
1663.

Suſpenduntur quoque, & pro-
hibentur Imagines S. Auguſtini, S.
Nicolai de Tolentino, & aliorum
SS. ejuſdem Ordinis impreſſæ, &
depictæ à Fratribus Diſcalceatis
Auguſtinianis in eorum habitu, 16
prout in decreto Sac. Rit. Cong.
edito *die* 19. *Decembris* 1637. quod
ab Urbano VIII. approbatur, &
confirmatur *conſt.*

Exponi nobis 13. *Januarii* 1638.
Lant. ſupplemento v. Sanctorum
Imagines.

De jure conferendi habitum iis,
qui de Tertio Ordine nuncupan-
tur, ejuſdemque qualitate, vide *cap.
off. quoad Tertiarios.*

C A P U T IV.

Officialis quoad Immunit. Eccleſ. & Monaſt.

S U M M A R I U M.

1 *Deſcribitur immunitas localis.*
2 *Conſt. Gregorii XIV.*
3 *Motivum edendi Conſt.*
4 *Taxantur caſus excepti in Gregoriana.*
5 *Clauſula* ſublata *claudit os parti.*
6 *Differentia inter publicum latronem, graſſatorem, & depopulatorem.*
7 *Non ſufficit ſemel cōmiſiſſe delicta.*
8 *Quis cenſeatur proditor? & alia lege.*
9 *Definitur Aſſaſſinus: & ibi nota, uſque ad* num. *ſequent.*
10 *Etiam mandans privatur immunitate.*
11 *Hæretici non gaudent immunitate, declara.*
12 *Judæi, & Gentiles gaudent.*
13 *Non ſic rei læſæ Majeſtatis, & qui ſint?*
14 *Nec committens homicidia, & mutilationes in Eccleſiis &c.*
15 *Debilitans alicui membrum in Eccleſia gaudet.*
16 *Diſtinguitur debilitatio à mutilatione.*
17 *Digitus in ſenſu stricto non eſt membrum.*
18 *Occidens, vel mutilans in ſchalis, atrio, & oſtio Eccleſiæ gaudet immunitate.*

19 *De exiſtente in oſtio Eccleſiæ non dicitur implicitè eſſe in Eccleſia.*

20 *Patrans homicidium in Sacriſtia ab immunit. non excluditur.* Limita.

21 *Cur actus venerei habiti in Monaſteriis, non ſint ſacrilegia.*

22 *Occidens, vel mutilans ſpe immunit. immunitate non privatur, uſq; ad ſequent.*

23 *Tectum Eccleſiæ, & Monaſterii eſt locus immunis.*

24 *Immunitas ligat manus, etiam Judicum Eccleſiaſt. quoad ſuos ſubditos.*

25 *Sententia quod Religioſi in propriis Monaſteriis gaudeant immunitate.*

26 *Contrarium verius.*

27 *Nullus erigit Tribunal extra proprium Territorium.*

28 *Punire ad correctionem non prohibetur.*

29 *Superiores Regulares extrahentes ab Eccleſia ſubditum ad correctionem, non ligantur cenſura.*

30 *Noviſſimum S. C. Immunit. Decretum.*

31 *Enumerantur loca, quæ immunit. gaudent, uſque ad ſequen.*

32 *Immunitas Eccleſiæ violatur per quamcumque nocibilitatem confugenti illatam: ibi lege plura.*

33 *Impediri non poteſt, quin confugæ alimenta ſubminiſtrentur.*

34 *Non violatur Immunitas, ſi reus ſuæ conſentiat extractioni.*

35 *Contrarium veriùs.*

36 *Privilegium Immunit. directè eſt conceſſum Eccleſiæ.*

37 *Non poteſt privilegio renunciari, cum læditur jus tertii.*

38 *Clericus non poteſt renunciare privilegio Clericali, nec Regularis alteri exemptionis.*

39 *Eccleſiæ ſunt extra Principum ſecularium Territoria. Nota.*

40 *Ductus, & ligatus tranſiens per Eccleſiam, & Cæmeterium non gaudet Immunit. licet dicat;* voglio goder quì l'Immunità.

41 *Eccleſia defendit ad eam confugientem, non ductum.*

42 *Is, ad quem Eucbariſtia in carceres defertur, non gaudet immunitate.*

43 *Non violatur immunitas, cum Religioſus de unius Monaſterio extrahitur.*

44 *Ab Eccleſia non poteſt avelli, qui per vim ſe exemit de manibus birruariorum, & ad eam confugit.*

45 *Judex Laicus nequit in loco immuni vulneratos, vel Teſtes examinare.*

46 *Sac. Cong. Immunit. id, & alia interdicit.*

47 *Nec poteſt id prætendere vigore conſuetudinis.*

48 *Immunitas Eccleſiarum eſt de jure divino.*

49 *Conſuetudo contra Immunit. non valet.*

50 *Conſuetudo contraria Sacris Canonibus, dicitur corruptela.*

51 *Quando ex parte ſubjecti habetur incapacitas, numquam præſcribit.*

52 *Bulla Cœnæ abrogat omnes conſuetudines.*

53 *Contra Bullam Cœnæ non poteſt igno-*

Digitized by Google

ignorantia allegati.
54 *Extractus à loco Immuni, eſt eidem reſtituendus, uſque ad ſequen. plura vide.*
55 *Quæ verba blanda reſtitutionem concludant* nu. 59.
56 *Qui decipitur pro non volente habetur.*
57 *Dolus tollit voluntarium.*
58 *Birruarii ſunt vulpes doloſiſſimæ.*
59 *Differentia inter blanditias, & dolum.*
60 *Judex Laicus nequit propria auctoritate extrahere delinquentes à loco immuni &c.*
61 *Violatio Immunitatis poſt Gregorianam eſt interdicta ſub pœna excommunic. latæ ſententiæ.*
62 *Formula citandi violatores Immunit. Eccleſiaſt.*
63 *Notitia citationis ad domum æquiparatur citationi perſonali.*
64 *Excommunicationi ab homine ferendæ præmittitur trina monitio.*
65 *Una aliquando ſufficit.*
66 *In lata à Canone, vel Statuto nulla Judicis monitio prærequiritur.*
67 *Declarationi excommunicat. præmittitur citatio, & quare?*
68 *Appellatio, etiam legitima non impedit declarationem excommunicat. jam incurſæ.*
69 *A declaratoria quoad effectum ſuſpenſivum non datur appellatio.*
70 *Cautela obſervanda in caſu appellationis.*
71 *Abſolutio excommunicat. incurſæ ob violatam Immunit. reſervatur Pontifici.*

IMmunitas hic idem ſonat, ac privilegium, quod habent fidelium Eccleſiæ, & loca pia, ut ſint
1 loca refugii ad ea confugientibus, ita quod, tametſi reus malefactor, *quantumcumque gravia maleficia perpetraverit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, ſed Rectores Eccleſiarum ſibi obtinere debent membrum, & vitam,* ut textualiter habetur *cap. inter alia de immunit. Eccleſ. lib. 3. tit.* 49. ubi in terminis quędam crimina excipiuntur, pro quibus, tametſi ad ea malefactores confugiant, immunitas non ſuffragatur; pro ut in ter-
2 minis firmavit Greg. XV. Conſt. [Cùm aliàs nonnulli Predeceſſores noſtri, & præſertim fel. rec. Sixtus Papa V., & infrà. Hac itaque noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, omnia, & quæcumque Privilegia, Indulta, & gratias, tam per prædictum Sixtum, ac Pium V. quàm alios quoſcumque noſtros Prædeceſſores, aut noſmetipſos, Sedemque Apoſtolicam, ejuſque Legatos ſuper adducendis, vel extrahendis ab Eccleſiis, Monaſteriis, Sacellis, Domibus Regularibus, & Secularibus, locíſve ſacris, aut Religioſis, aliàſque in caſibus à jure permiſſis, hominibus certorum, tunc expreſſorum, vel non expreſſorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum; & pro bono, pace, & quiete publi-

Digitized by Google

ca, & ex cauſis urgentiſſimis, ac neceſſariis, & æquipollentibus caſibus in jure expreſſis, atque ex paritate, identitate, & majoritate rationis extenſis, perpetuò, vel ad certum nondum elapſum tempus, ſeù ad vitam alicujus Principis, aut beneplacitum, ſeù aliàs quomodolibet conceſſa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innovata, ac uſu recepta, literaſque Apoſtolicas ſub plumbo, aut in forma brevis, ſeù aliàs quomodocumque deſuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expreſſis, ac ad verbum inſertis, ſublata penitùs omni differentia, ita ad unam tantum formam reducimus, & moderàmus, ut laicis ad Eccleſias, locaque ſacra, & Religioſa prædicta confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur, ac depopulatores agrorum, quivè homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis, eorumvè Cæmeteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint, aut aſſaſſini, vel hæreſis, aut læſæ Majeſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur, ſed univerſis, & ſingulis Venerab. Fratribus noſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, tàm ſecularibus, quàm cujuſvis Ordinis Regularibus diſtrictè præcipiendo mandamus, & præcipimus, ut laicos in caſibus prædictis delinquentes, ad eorum Eccleſias, Monaſteria, Domos, & alia loca ſupradicta Sacra, ſeù Religioſa, reſpective confugientes, & in eis ſe recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumvè aliqua, judicio ſuo, commiſiſſe videbuntur, quando à Curià ſeculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum ſuerit requiſitus, Miniſtris, & Officialibus Curiæ ſecularis abſque irregularitatis nota, aut alicujus cenſuræ Eccleſ. incurſu tradi, & conſignari curent, & faciant. Ne autem Curiæ ſecularis Miniſtri prædicta facultate illos per ſe, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi ſibi olim, uti præfertur, attributa, & per præſentes revocata, abutantur, volumus, dictàque authoritate decernimus, & declaramus, ut Curia ſecularis, ejuſque Judices, & Officiales ab Eccleſiis, Monaſteriis, lociſque Sacris prædictis laicum aliquem, ut prefertur, delinquentem, in nullo ex caſibus ſupradictis, ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel ejus Officialis, & interventu perſonæ Eccleſ. ab eo authoritatem habentis, ad quos ſolos, & non alios Epiſcopis inferiores, etiamſi aliàs Ordinarii ſint, aut nullius Diœceſis, aut Conſervatores ab hac Sede ſpecialiter, vel Generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat; occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem devolvatur hæc cognitio, & non ad alios; capere, & trahere, aut incarcerare non poſſint, niſi eo caſu quo ipſe Epiſcopus, & dd. perſonæ Eccleſiaſticæ requiſitæ, carcerationi

inter-

intervenire, & aſſiſtere recuſaverint, tuncque reverentiæ Eccleſiæ, & locis Sacris debitæ memores, prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit cum ſcandalo, & tumultu extrahere curent. Quodque delinquentes laici prædicti, poſtquam, ut præfertur, ab Eccleſ. lociſve Sacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Eccl. reponi, inibi ſub tuto, & firmo carcere, ac opportuna cuſtodia data illis, ſi opus fuerit, per Curiam ſecularem, detineri debeant, nec indè extrahi, Curiæque ſeculari prædictæ conſignari, nec tradi poſſint, niſi cognito priùs per Epiſcopum, ſeù ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperiùs expreſſa comiſerint; tuncque demum de mandato Epiſcopi per Judicem Eccleſiaſticum Curiæ ſeculari quacunque appellatione poſtpoſita conſignantur. De crimine vero hæreſis cognitio ad forum Eccleſiaſticum tota pertineat, neque in ea Curia ſecularis ſe quoquomodo intromittat, ſicuti etiam prohibemus, ne contra Eccleſiaſticas perſonas ſeculares, aut cujuſvis Ordinis, vel Militiæ, etiam S. Joannis Hieroſolimitani Regulares quoquomodo, etiam vigore dictorum privilegiorum, indultorum, conceſſionum, quæ omnia ad terminos juris per præſentes reducimus, procedant, aut ſe intromittant, illaſvè ab Eccleſiis, Monaſteriis, Domibus, lociſque Sacris, aut Religioſis; etiam in caſibus in hac Conſtitutione expreſſis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoſcere de criminibus ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus, aliàs, quam de jure, & per privilegia eiſdem Ordinibus, aut Militiis conceſſa permittitur, quomodolibet præſumant. Quod ſi quis, quacumque dignitate, & auctoritate præditus, præmiſſorum, aut alio quovis prætextu quidquam præter, aut contra hujus noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis, juris, & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, noſtrorumque Prædeceſſorum Conſtitutiones ſunt promulgatæ, ſicque per quoſcumque Judices &c. Sublata eis &c. Nec non irritum &c. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ 1591. Kal. Iunii]

Quam, ut notat Sperellus *deciſ.* 103. *num.* 53., & Ameno *de pœnis tit.* 7. *§*. 6. *Aſſaſſinium num.* 41. 3
Gregorius edidit ad qnorundam Judicum laicorum reprimendam audaciam, & abuſum circa extortas interpretationes, & non legitimos intellectus indultorum à Sede Apoſtolica diverſis Principibus conceſſorum, pro extractione reorum ab Eccleſia, ad eam confugentium: per quam ad unam formam, & ad priſtinum ſplendorem Eccleſiaſticum reduxit; & conſtituit Epiſcopos (ſine quorum, vel eorumdem Officialium expreſſa licentia nullus, etiam delinquens, in aliquo ex caſibus in ea enunciatis, poteſt per Judices, & Officiales Laicos, ab Eccleſiis, & locis Sacris extrahi) Judices, ut videant, & pronuncient, an crimina à reo confugente patrata, ſint

ſint de exceptis in ea , quoad effe-
ctum , ut ei immunitas non ſuf-
fragetur .

Caſus excepti in Gregoriana ta-
4 xantur : & cum exceptio unius fir-
met Regulam in caſibus non exce-
ptis , ſequitur in quocumque alio
crimine , non ſic qualificato , immu-
nitatem reis ad Eccleſias , & Mona-
ſteria confugentibus prodeſſe , adeò
ut ex illis , niſi Sedis Apoſtolicæ ac-
ceſſerit licentia , extrahi nequeant ,
quin incurrantur pœnæ , quas ipſa
enunciat ; quæ cuicumque derogat
abuſui , conſuetudini , & privilegiis
in contrarium , idque præſertim
ſtante clauſula *ſublata* , cujus ex
Barboſa *de diction. diction.* 102. *nu.*
5 2. , ea eſt vis , ut claudat os parti , &
tollat Judici facultatem aliter inter-
pretandi ; & *decreto irritanti* cujus
efficacia eſt tanta , ut , & præteri-
tam , & futuram auferat conſuetu-
dinem ex Gloſſa ad Clement. *ſi unà
de reb. Eccl. non alienan. l.* 3. *tit.* 4. *in
ver. decernimus :* adverſus quod alle-
gari nequit non uſus , vel uſus contra-
rius per DD. apud Sperellum *deciſ.*
103. *num.* 42. Panimoll. *deciſ.* 48.
num. 22.

In qua ab immunitatis beneficio
excipiuntur *publici latrones* , hoc
eſt , qui per Ameno *de pœnis tit.* 9.
6 §. 6. *latrocinium num.* 3. , *&* 4. vio-
lenter cum armis homines aggre-
diuntur , ſpoliant , & occidunt ; &
Graſſatores , ii nimirum , qui ho-
mines in via violenter ſpoliant , &
ſtratis publicis &c. ut expreſsè Tex-
tus : ſed non occidunt ; undè eorum
eſt clara diverſitas : ambo conve-
niunt in ſpolio violento , ſed ratione
homicidii diſtinguuntur ; & *depopu-
latores* agrorum , qui alienos agros
diripiunt ſurripiendo ſegetes , ac
fretus , & vineas devaſtant .

Verum , non quicumque depo-
pulator , ſed dumtaxat nocturnus pri-
vatur ; idque colligitur , ex quo Gre-
goriana emanaverit ad revocanda
privilegia adverſus immunitatem
Eccleſiaſticam conceſſa , & jus com-
mune firmandum ; jus autem com-
mune *alleg. cap. inter alia* exceptivè
loquendo , nocturnum exprimit ,
juncta dictione *niſi* , quæ cæte-
rorum caſuum excluſiva videtur
per Sperellum *deciſ.* 66. *numero*
32.

Apud quem *alleg. deciſ.* 103. *nu.*
27. DD. pleno calamo ſcribunt , &
concludunt publicum latronem ,
Graſſatorem , & idem dicendum de 7
agrorum depopulatore , qui ſemel ,
vel bis id ſcelus commiſſerit , eſſe in
loco ſacro tutum , & dumtaxat poſt
reiterata delicta , ab immunitate ex-
cludi , & ſic refert decretum à Sac.
Cong. Immun. in una *Januen.* 16.
Junii 1625. , & in una *Beneventa-
na* 8. *Junii* 1633. nec relevat , quod
diverſa Urbium ſtatuta diſponant , ut
quis , etiam pro prima vice , dicatur
Graſſator : & in furca ſuſpendatur ;
nam illa in terminis hujus immuni-
tatis non attenduntur , ut idem fir-
mat , & ideò ut ſibi nomen Graſsato-
ris acquirat ad effectum non gau-
dendi , idem pluries debet patrare de-
ctum . Panim. *dec.* 95. *nu.* 1. trinas
graſſationes plenè , & concludenter
probatas aſſerit neceſſarias referens
S. Cong. Immu. mentem *in Leod.*
17. *Nov.* 1651. ; *& in Beneventa-*

na

na 20. *Novemb.* 1640. *Reſpondit Vicario Apoſtolico : oretenus inſinuetur Agenti ipſius Vicarii, Graſſatores non privari Immunitate Eccleſiaſtica, niſi reiteratis vicibus delictum Graſſationis commiſerint.*

Item, qui *proditoriè proximum ſuum occiderit*; is judicandus eſt proditor, qui alterum, nulla præcedente inimicitia, ſed potius ſimulata amicitia, occidit; cum enim unum in corde gerat, & aliud in ore: ſigna fidelitatis exibeat: amica verba proferat, operatur, ut reputetur amicus, credaturque fidelis, & nulla habeatur infidelitatis ſuſpicio, nil ab eo timeatur mali, imo potius bona expectentur; ex quo fit, quod
8 quis, tametſi oculatiſſimus, ab hujuſmodi diſſimulatorum inſidiis, & ſimulata amicitia non poſſit ſibi præcavere, ideo occiſio in his terminis facta, eſt in rigore proditoria, & ſic qualificata, ut author ejuſdem à beneficio immunitatis ſit excluſus, eſt enim deceptoriè ſub ſpecie amicitiæ, & per inſidioſam induſtriam commiſſa, juxta *tex. in cap. ſi quis per induſtriam de homicidio lib.* 5. *tit.* 12. conſequenter juxta naturam proditionis; quæ ex Sperello *deciſ.* 23. *num.* 13. *alleg.* Sylveſt. *in ſum. verb. proditio, nil eſt aliud* quàm deceptio contra datam, vel debitam fidem in alicujus perniciem, in quo DD. conveniunt, & concluſionem firmant, quod ad effectum amittendi beneficium immunitatis ad præſcriptum liter. Gregor. illud dumtaxat homicidium dicatur proditorium, quod colore amicitiæ ſimulatæ ex parte occiſoris, ſed creditæ realis ex parte occiſi, (quæ eſt qualitas indiſpenſabiliter requiſita) non calore iracundiæ, committitur; ſecus ſi in rixa, vel ab inimico, etiam ex inſidiis, vel veneno, Sperellus *deciſ. cit.* Panimolla *deciſ.* 22. *adnot.* 5. *num.* 23. Ameno *de pœnis tit.* 7. *§.* 7. Pignatellus *tom.* 1. *conſt.* 173. referens *num.* 9. Sac. Congreg. Epiſc. in una *Melevitana die* 2. *Auguſti* 1619. reſpondiſſe, quod occidens inimicum à tergo cum ſclopo gaudet immunitate; quia in tali caſu non occidit incautum, cum inimicus ſemper habet cauſam præcavendi à ſuo inimico. Panimolla *deciſ.* 22. *adnot.* 6. *num.* 20.

Nec pro excluſione ſufficit vulnerare, cum ex diſpoſitivis Conſtit. ſit reſtricta ad eum, qui formaliter, & cum effectu occiderit, & vita privaverit, alioquin proditorius occiſor, morte non ſequuta, dici neqnit per Panimolla *ibidem adnot.* 7. *num.* 4.

Item, *Aſſaſſini*, illi nimirum, qui pecunia, vel alia re æſtimabili 9
data, vel promiſſa, Chriſtianum non præcaventem, de alterins mandato occidunt, vel occidi mandant; per quæ redditur clara definito Aſſaſſini ex doctrina Sperelli *dec.* 102. *num.* 8. Calvini *Lexicon Juridicum*, & per Gloſ. *ad cap. pro humani de homicidio in* 6. & apud Ameno *cit. tit.* 7. *§.* 6. *aſſaſſinium num.* 1. [datur illa aſſaſſinii, quod ſit cædes hominis Chriſtiani incauti, facta ex conventione mandantis, ac mandatarii ſub promiſſione implicita, aut explicita, ſive ſpe, & contemplatione pretii; in quo elucet,

quod

quod qualitas diverſificans aſſaſſinium ab aliis ſpeciebus homicidii, nil aliud ſit, quàm mandatum ad occidendum mediante pecunia, vel alia re, datum, & acceptatum; quod propterea benè probandum eſt, ut de aſſaſſinio conſtet, prout idem firmat Sperellus, aſſerens ad hujus criminis qualitatem duo copulativè requiri: alterum, quod præceſſerit mandatum ad occidendum, data, vel promiſſa mercede: alterum, quod mors aggreſſi ſecuta fuerit; quod ibid. ipſe pluries allegans DD. ſatis doctè probat. Et reſolvit, quem non eſſe immunitate Eccleſiaſtica privandum, tametſi concludentiſſimè conſtaret de mandato ad occidendum mediante pecunia in pactum ad eum effectum deducta, in caſu, quo mors aggreſſi non ſequatur; nam tunc, nec crimen aſſaſſinium, neque aggreſſor aſſaſſinus diceretur; ex eo, quod de eo, cui non convenit definitio, neceſſe ſit, neque definitum affirmari; definitio autem aſſaſſini hujuſmodi aggreſſori, vel ſicario non aptatur; quia licèt alium prius recepta pecunia, vulneret, non tamen occidit.]

Et facit, quod cum excluſio ab Eccleſiæ immunitate ſit pœna ſpiritualis, ut habeat locum, non ſufficiat attentatum cum animo occidendi, ſed exigatur perfectio, & conſummatio actus, ſeù delicti, ut apud ipſum *n.* 55. latè Authores ſcribunt, & apud Panimolla *deciſ.* 22. *adnot.* 7. *n.* 15. tradunt, quod cùm agitur de pœna ſtatutaria, non eſt quis puniendus pœna ordinaria delicti, niſi illo conſummato; cum ſtatutorum pœnalium natura requirat delictum conſummatum; niſi ſtatutum aliud expreſſerit.

Et videtur contextus ſenſus in illis verbis; *aut qui proditoriè proximum ſuum occiderit, aut aſſaſſini*; quæ *aut aſſaſſini* eundem ſenſum retinent cum prioribus, adeout ſignificent, aſſaſſinos eſſe immunitate privandos, ſi cum effectu occiderint; quemadmodum per Gregor. proditores, ea, nonniſi morte ſequuta, privantur; nec fuit neceſſe id repetere; quod deduci poteſt ex illa dictione, *aut*, quæ ex Barboſa *de clauſulis clauſula* 36. aliquando ponitur inter ſimilia, & æqualia; & inter duo poſita oſtendit eandem eſſe qualitatem in una, quæ eſt in altera, & partem dubiam, per aliam partem certam declarari, ut apud Sperellum *nu.* 35. *tradit Menoc. de arb. Jud. lib.* 1. *quæſt.* 74. *n.* 35.

Quod, cùm magis immunitati Eccleſiæ faveat (quæ eſt ſemper amplianda) in praxi tenendum; præſertim quia per allegat. Sperellum id in terminis ſæpiùs declaravit S. C. Immunitat. in una *Bonon.* 10. *Aprilis* 1626. in una *Neapol.* 26. *Maii* 1629. in una *Mediol.* 21. *Decembris* 1633. & in una *Florentina de anno* 1638.

Etiam mandans immunitate pri- 10
vatur per Panimol. *ibid. adnot.* 6. *num.* 31. & Engel *Colleg. univ. Juris Can. tit.* 49. *lib.* 3. *à num.* 12. notans crimen aſſaſſinii committi ab omnibus, qui aut occiſorem conducunt, aut qui operas ſuas ad occidendum locant, addit Ameno *nu.* 17., ex Paſqual. *n.* 154. *ad Lauret.*

de

Digitized by Google

de Franchis, iiſdem pœnis ligari mandantem, & mandatarium; quamvis in re major ſit culpa mandatarii, qui ob modicam pecuniam occidit hominem, cum quo nullam habet inimicitiam, quàm mandantis, qui movetur odio erga inimicum, ad cujus occiſionem utitur pecunia, & alterius miniſterio; ideò & ipſe privandus eſt, tamquam ejuſdem aſſaſſinii reus; & non minùs complices, & auxiliatores, quàm principales reos in criminibus exceptis beneficium immunitatis amittere, docuerunt plures apud Sperellum *deciſ.* 64. *num.* 95.

In dubio eſſe pronunciandum pro immunitate firmat Panimol. *deciſ.* 53. *adnot.* 5. *num.* 24. & eſt in facti contingentia recurrendum ad S. Cong. Immunit., quæ in ſimili de mandante homicidium proditorium ſub die 28. *Septemb.* 1666. in una *Ravennaten.* apud Pignatellum *tom.* 1. *conſ.* 93. *num.* 7. cenſuit, reſolvitque gaudere.

Item, & *Hæreſis rei;* verum ſi hæreticus confugerit ad Eccleſiam
11 propter alia delicta, quàm hæreſim, quoad ea gaudet, per Engel. *cit. n.* 19. quia delictum exceptum, quoad alià, ſe habet per accidens, ideò privatur immunitate, quoad illud, non quoad cætera.

12 Judæi, & Gentiles gaudent, quia cum privilegium immunitatis ſit locale, extenditur ad omnes in eo exiſtentes, & non exceptos, præfati autem in Gregoriana non excipiuntur.

Item *rei criminis læſæ Majeſtatis in perſonam ipſius Principis*, ut textus expreſsè, hujuſmodi cri- 13
men apud Ameno *cit. tit.* 2. *§.* 6. *læſæ Majeſtatis num.* 3. *definitur, quod ſit offenſio facta contra eum, qui Majeſtate potitur*; vel majorem ſtatum, vel poteſtatem, & auctoritatem habet; quod eſt Majeſtatis ſignificatum ex *Calvino Lexicon*; quam poteſtatem in terris obtinent quotquot in temporalibus ſuperiorem non agnoſcunt, ut Papa, Imperator, Rex, Principes &c. itemque Reſpublicæ, ut Veneta, Januenſis, Lucenſis &c. habent enim ſupremam juriſdictionem, & publicam poteſtatem; quæ per Ameno *num.* 7. venit nomine Principis; apud quem, & Calvinum *ver. Majeſtas* plura quoad hoc poſſunt videri.

Item qui *homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis*, 14
eorumve Cœmeteriis committere non verentur; ex quibus ſequentia excitantur dubia.

I. An debilitans alicui membrum in Eccleſia, illius gaudeat immunitate?

Ad quod reſpondetur affirmati- 15
vè; nam cum Gregoriana *mutilationes membrorum*, & non debilitatem exprimat, non debet ad hanc diſpoſitio extendi, propter vim, quàm ex dictis *num.* 5. habet *clauſula ſublata, & decretum irritans*: ac taxativa *ad unam tantum formam in conſt.* adjecta, cujus natura eſt extenſionem ad non expreſſa impedire; & propter differentiam inter mutilationem, & debilitatem repertam; etenim idem non eſt mutilare, ac debilitare; nec iſtud reputatur illi

æqui-

Digitized by Google

16 æquipollere, ut tradit Sperellus *deciſ.* 59. *nu.* 29. nam majus delictum eſt ſine dubio mutilare, quàm debilitare; quia in mutilatione habetur omnimoda membri præciſio, ut firmant DD. & habetur cap. *cum illorum de ſent. excom. lib.* 5. *tit.* 39. & tradit Abbas ad *idem cap.* notans, quod *membrum propriè eſt pars corporis habens officium ſeparatum, & diſtinctum ab aliis partibus corporis, ut manus ad palpandum, pes ad ambulandum, oculus ad videndum &c.* quod in debilitatione non evenit, cum per eam dumtaxat membri officium impediatur; ſic abſcindens alteriùs digitum, dicitur manum debilitare, & non mem-
17 brum præcidere; nam ut ibid. Abbas: digitus ſtricto modo non eſt membrum; quia non habet officium ſeparatum, & diſtinctum, ſed eſt officium membri, & parificat cum eo, quod camera, aula, & ſimilia loca dicuntur partes domus, non verò quilibet lapis, niſi largo modo. *v.c. off. quoad irregularit.*

Ideò cùm Gregorius revocaturus conceſſiones quaſcumque, extenſioneſque, etiam ex rationis majoritate, olim in hujuſmodi materia factas, illaſque ad unam *tantum formam* reducturus, tradat caſus præciſos, in quibus vult delinquentes Eccleſiaſtica non gaudere immunitate, & legem præſcribat in ſimili materia ſervandam, non eſt in ſcribentium poteſtate ejus verba ad caſus ſimiles, & multò minùs ad minora delicta trahere; & hujuſmodi formæ nil addi, vel demi poteſt, ſed eam ex integro, ut ſonant verba, debet unuſquiſque ſervare.

II. An occidens, vel mutilans in ſchalis, porticu, vel oſtio Eccleſiæ, immunitatis beneficium participet?

Reſpondetur affirmativè, nam 18
Greg. firmat immunitatem non ſuffragari occidenti, vel mutilanti in ipſa Eccleſia: in quo eſt ponderanda dictio, *in*, quæ ex Barboſa *dict.* 131. *n.* 11. juncta ablativo, denotante locum, *in Eccleſia, in domo*, intrinſeceitatem ſignificat, & ſtat pro intra, locumque interiorem, non autem exteriorem comprehendit. Sperellus *deciſ.* 60. *num.* 9.

Maximè quia in Eccleſia fieri dici non poteſt, quod fit in porticu, & ſchalis Eccleſiæ, quemadmodum in flumine factum non dicitur, quod fit in ripis, ut ex Vincentio *de Franch.* animadvertit Sperellus *nu.* 7. ſed id dumtaxat, quod fit in alveo, per quem aqua decurrit; ex eo, quod appellatione fluminis non veniant ripæ, ſed locus ille ſolummodo, per quem aqua decurrit, & ripis continetur; ſic etiam, quia nomine Eccleſiæ ex proprietate ſermonis, non veniunt ſchalæ exteriores, neque porticus, ſed ſolùm locus ſacer murorum ambitu circumdatus, per Gloſ. ad *cap. quærelam, ne Prælati vices ſuas in ver. præfatam Eccleſiam*, & facit *cap. de fabrica de conſecr. diſt.* 1., ideò in eis mutilans, ab Eccleſia non repellitur.

Idem reſolvendum, ſi homicidium, vel mutilatio committeretur in ipſo Eccleſiæ oſtio, modò non intra limen, & clauſuram; tenet Sperellus *cit. num.* 52. *uſque ad finem*,

Digitized by Google

nem, nec apparet ratio excludendi mutilantem, vel occiden-
19 tem à beneficio immunitatis, nam ſimpliciter dici non poteſt; quod in Eccleſia exiſtat, ſed partim extra, & partim intus, ex Gloſ. ad *cap. Cum Sanctam de pœnit. diſt.* 2. *in ver. vir. ergo*, per ea, quod *qui in porta eſt, partim intus eſt, & partim* extra, *partim videtur, & partim abſconditur*.

Immò potiùs totaliter extra Eccleſiam, ex eo quod ponderant DD. apud allegat. quod oſtium ſit de Eccleſia, & non in Eccleſia; & quod porta citra limen dicatur eſſe extra Eccleſiam, adeout delictum in janua commiſſum reputetur patratum extra Eccleſiam; & ideò concludunt per ſeminis, vel ſanguinis effuſionem ibi factam, Eccleſiam non pollui, ſicut, nec polluto Cæmeterio, ipſa polluitur, *cap. ſi Eccleſia de conſecr. Eccl. in* 6. *lib.* 3. *tit.* 21. Piaſec. *prax. Epiſc. part.* 1. *cap.* 1. *art.* 4. *num.* 11.

Et facit quod beneficium immunitatis ſit latè interpretandum, dum lex non reſiſtit, cum ſit cauſa pia, favorabilis Eccleſiæ, & nemini in particulari præjudicans; præſertim quoque, quod in odioſis, & cum agitur de excludenda immunitate Eccleſiaſtica, nomine Eccleſiæ, neque veniunt ſchalæ, tectum, atrium, portæ, per Panimolla *deciſ.* 84. *num.* 51.

III. An patrans homicidium in Sacriſtia immunitate privetur?

Reſp. Negativè ex jam adductis; & ampliùs, quia de exiſtente in
20 Sacriſtia non poteſt formaliter pronunciari, quod ſit in Eccleſia, nam, ut diſtincta, & ſeparata conſiderantur juxta Textum *in cap. alleg. ſi Eccleſiam per infraſcripta*: ubi *non unum, ſed plura cœmeteria eſſe noſcantur, quæ, quamvis ſibi cohærentia, pariete tamen medio ſe junguntur*; & ibi Gloſ. *in ver. pariete*, notat quod paries diviſionem inducit, undè paries efficit, ut res ſic diviſæ dicantur numero plures; propterea potiùs deberet dici patrari extra Eccleſiam; ſeù in officina Eccleſiæ, quàm intra, & eſſe denudatum qualitate à Gregoriana requiſita, ut immunitas non ſuffragetur mutilanti, & occidenti in Eccleſia. Secus dicendum, ſi Sacriſtia eſſet deputata ad mortuos ſepeliendos, & in ipſa eſſet Altare ad celebrandum; nam tunc reputaretur, ut ejuſdem Eccleſiæ Capella, & unum corpus cum ipſa conſtituere; quod ex ipſo Sperel. *deciſ.* 61. *n.* 2. concluditur.

Sic pariter, ſi Laicus mutilet, vel occidat in Monaſterio, immunitate non privatur; ad quod, præter adducta, facit, quod verſemur in caſu virtualiter à Gregoriana excluſo; quæ ad effectum, ut quis ob violatum locum religioſum immunitate privetur, firmat, ut homicidium, vel mutilatio ſequantur in *Cœmeteriis, vel Eccleſiis*, conſtat autem, quod nec ipſa Monaſteria, nec dormitoria Religioſorum, refectoria, cubicula, vel eorumdem officinæ, cœmeteria, Eccleſia, aut loca ſacra dici poſſint; ſuper quo dubium excitari inutile eſt; cum nec ſint per Epiſcopum conſecrata, vel benedicta, neque ad divina, & ad mor-

Digitized by Google

tuorum ſepulturam deputata; unde 21 fit, quod nec ſanguinis effuſio, nec actus venerei in eis habiti ſint ſacrilegia, per edocta à Navarro, Graſſio, & Filiuc., *cit.* à Sperello *nu.* 22. *deciſ.* 62. utpotè habiti in loco non ſacro; quod Sanchez *de Matrim. lib.* 9. *diſp.* 15. *num.* 42. ampliat, etiam ſi adeſſet Altare ad celebrandum ibi conſtitutum, quia reputabitur tunc, ut privatum oratorium.

Quòd firmari poteſt, ex quo excluſio ab immunitate ſit pœna; *in pœnis autem juxta* 49. *regula Juris in* 6. benignior eſt interpretatio facienda; benignius autem interpretamur nos, quàm, qui prætendunt eum in caſu non gaudere.

IV. An ea in præfatis ſub ſpe immunitatis committens, immunitate privetur? Affirmativa habetur textualiter *in cap. immunitatem lib.* 3. *hoc tit.* ubi Greg. IX. Toletano, & Compoſtellano Archiepiſcopo reſcripſit, *mandamus quatenus publicè nuncietis, tales, (hoc eſt ſpe immunitatis delinquentes) non debere gaudere immunitatis privilegio, quo faciunt ſe indignos, fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem;* propter quod plures apud Sperellum *deciſ.* 60. idem firmant, poſt quos Ameno *cit. tit.* 7. §. 6. *aſſ..ſſinium nu.* 39. ſcripſit oppoſitum non eſſe ſuſtinendum, utpotè nutriens, & tribuens incentivum delinquendi.

Verum ex Textu non conclu-22 ditur, nam ibi Pontifex loquitur in terminis ſpecificis de committentibus homicidia, & mutilationes *in ipſis Eccleſiis*, vel *eorum cœmeteriis;* ideò diſpoſita videntur reſtricta ad ea loca in individuò, & non poſſe extendi ad talia, quæ non ſunt Eccleſia, nec cœmeterium; adeoque, nec ad ſchalas, porticum, oſtium, & Eccleſiæ atrium.

Neque ad id probandum alicujus momenti abſolutè reputatur, quod Ameno conſiderat, nam ſi abſolutè concluderet, nullum ſanè delinquentem Eccleſia defenderet: & in quocumque caſu fiſcus ſecularis ſemper contra immunitatem allegaret reum ſub ſpe immunitatis, vel intra, vel prope Eccleſiam deliquiſſe, & ſic immunitas, quæ eſt ob Eccleſiarum reverentiam inducta, evaneſceret; ideò reſolvendum cum Sperell. quod delinquens in illis, etiam cum ſpe immunitatis, non ſit ejuſdem beneficio privandus; ſicut abſolutionis beneficio non privatur committens tempore Jubilei reſervatum, vel admixtam habens cenſuram, ſub ſpe abſolutionis conſequendæ, ut in terminis conſiderat Bonac. *tom. de leg. diſ.* 3. *quæſt.* 7. §. 4. *ver.* 14. & ex ipſo notavit Sperellus *num.* 19. peccare cum ſpe, vel ſine ſpe immunitatis non variat in noſtris terminis effectum, quia non ponit crimen eſſe patratum in Eccleſia, vel Cœmeterio; in quibus, ſi mutilatio, vel homicidium committatur, immunitas delinquenti, tam ex *cap. inter de immunit.* quàm ex Gregoriana non ſuffragatur; videas reſolutionem in terminis Sacr. Cong. Immunit. in una *Verulana* 2. *Maii* 1651. apud Pignatellum *tom.* 1. *conſult.* 471., quæ mandavit quoſdam abſolvi, qui

Digitized by Google

qui ab Eccleſia confugam extraxerunt, ſub prætextu, quod non gauderet, quia propè Eccleſiam deliquerit.

Adeo quod nec occaſionem per ſe tribuit peccandi, extra, & propè Eccleſiam, nam ipſa primo, & per ſe eſt inducta ob reverentiam debitam locis ſacris, aut Religioſis, ut notat Pignatel. *tom.* 1. *conſul.* 91. *num.* 3. & homines dumtaxat ex propria malitia poſſunt ea ad alium finem trahere.

V. An tectum Eccleſiæ, & Monaſterii ſit locus immunis.

Reſp. affirmativè cum eodem Sperello *deciſ.* 63., ratio eſt, quia apud ipſum *num.* 8. civilia jura firmant domum ex duabus conſtare, ex ſolo, & ſuperficie: vel ſecundùm alios ex tribus, fundamento, pariete, & tecto; & quod tectum ſit pars integralis domus, non obſcurè ſignificat Calvinus Lexicon Juridicum exſcribens plurium ſenſum fuiſſe, quod domus non dicatur, quæ adhuc contecta non eſt.

Ex quo fit, quod Immunitas Ec-
23 cleſiæ, & Monaſterio conceſſa, indubiè & tecto conceſſa dicatur, adeò ut exiſtens in ipſorum tecto, in loco exiſtere dicatur immuni, quod videtur non poſſe negari, quemadmodum, nec de exiſtente ſupra tectum Eccleſiæ, & Monaſterii dici nequit, quod non ſit intra Eccleſiæ, & Monaſterii ſitum, per tradita à Suarez *de ſtat. Relig. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 8. *ver. ſed quid, ſi quis ſupra tectum* à Sperello *alleg. num.* 9.

Nec obſtat, quod in tecto vulneratus, non dicatur vulneratus in domo, nec in eo ſacrilegium committatur, id enim procedit, quia in odioſis *(juxta* 15. *regula juris in* 6. *odia reſtringi, & favores convenit ampliari)* ſtricta eſt facienda interpretatio. Super quo cum Sperello *deciſ.* 62. *num.* 24. ponderetur, quod locus ſacer ad effectum inducendi ſacrilegium non ità latè ſumitur, ſicut ad effectum gaudendi Eccleſiaſtica immunitate; ex eo, quod cum agitur de cuſtodiendo immunitatis beneficio, ſumus in favorabilibus; & cum agitur de graduando delicto ſumus in odioſis, & pœnalibus; ideò tunc, ſic interpretatio ampliatur, ut idem ſit judicium de Eccleſia, & ejus acceſſoriis, & in alio caſu reſtringitur; idem apud ipſum firmat Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 1. cum aliud ſit loqui de violatione Eccleſiæ, quatenus polluitur, & aliud, quatenus ejus libertas, ſive immunitas ad defendendos reos, ad illam confugientes, violatur; nam in caſu de pollutione, nomine Eccleſiæ non venit, niſi corpus ipſum internum, neque ipſa polluitur per effuſionem ſanguinis, vel ſeminis factam ſupra tectum, vel in turri, vel alio ſimili loco, cum ea conjuncto, & extra illam exiſtente, & ad ſacros uſus non deputato; in eo verò quoad immunitatem, omnia illa comprehenduntur ob tactam rationem; quia quod Eccleſia per actus prohibitos polluatur, & eſt gravamen, & damnum, quod verò ipſa poſſit tueri reos ad ſe confugientes, privilegium eſt, & favor, ac proptereà iſtud latæ interpretationis, illud ſtrictæ reputatur.

Digitized by Google

VI. An Clerici delinquentes poſſint à ſuis Prælatis ab Eccleſia extrahi? & ſic, an immunitas liget dumtaxat manus Judicum ſecularium, an etiam Eccleſiaſticorum, quoad ſuos ſubditos?

Dubium habetur in terminis apud Sperellum *deciſ*. 59. *num*. 34.
24 conſiderantem Gregorianam ligare Judices, etiam Eccleſiaſticos, ut, nec per ipſos poſſint Clerici in Eccleſiis delinquentes, in caſibus etiam in ea non exceptis, ex illis extrahi; quæ, ut à *num*. 35. in fine notat, eſt Sac. Cong. Immunit. *deciſ*. 10.

An Religioſi delinquentes in proprio, vel extra Monaſterium, in eo gaudeant immunitate Eccleſiaſtica.

Ad quod Panimolla *deciſ*. 84. *num*. 36. duas refert ſententias; pri-
25 ma, quod gaudeant, adeo ut ad ea confugientes, pro criminibus non exceptis in Gregoriana, ab eorum Superioribus, ſeu Judicibus Eccleſiaſticis extrahi nequeant; & propterea incurrere pœnas inflictas contra violantes immunitatem Eccleſiaſticam, & indebitè extrahentes.

Secunda, quod non gaudeant, alioquin numquam poſſent à Suis Superioribus incarcerari, cum ferè
26 ſemper ſint in Monaſterio gaudente Eccleſiaſtica immunitate; & ſic delicta ab eis commiſſa remanerent impunita, daretur anſa delinquendi, & diſciplina regularis penitùs deſtrueretur, & hanc à Sede Apoſtolica approbari ipſe conſiderat ex Diana *reſol. moral. part*. 1. *tra*. 1. *de immunit. Eccleſ. reſolut*. 25. *ver. ſed contrarium*; dum quotidiè ex appellationibus ad Sac. Cong. vel ad Pontificem per Religioſos ſubditos, deductis, videt Superiores, proceſſus formaſſe adverſus eos delinquentes, judicialiter ſuper delictis intra Monaſterium commiſſis ſententias pronunciaſſe; non ponderat ratione privilegii immunitatis Eccleſiaſticæ, vel eas eo ex titulò nullas declarando, vel contra Superiores, tamquam immunitatis Eccleſiaſticæ violatores, procedendo; ex quò videtur reſultare, quod ſciente, & patiente Pontifice, iiſdem Superioribus tribuatur facultas, & juriſdictio in hujuſmodi cauſis procedendi.

Quòd comprobari, & poteſt deduci ex diſpoſitione adjecta in Decretis de Apoſtatis, & ejectis ſub Urbano VIII. præſcribentibus modum, & taxantibus formam ſervandam ſuper incorrigibilium expulſione, tum in probatione incorrigibilitatis juxta dicta *cap. Off. quoad incorrigibiles expellendos*, tum in aliis, de neceſſitate præmittendis ſententiæ expulſionis; quæ certè Superioribus deberent præſumi prohibita, ſi Religioſis delinquentibus in propriis Monaſteriis ex Gregoriana beneficium immunitatis aſſiſteret.

Et firmari quoque ex Decreto Trid. *ſeſſ*. 25. *cap*. 14. *de regularibus, ſtatuentis non ſubditum Epiſcopo in caſu notorii delicti*, juxta *dicta cap. Offic. quoad delicta t*. 1. *ad Epiſcopi inſtantiam eſſe à proprio Superiore puniendum*; quod reperitur innovatum, & ſub graviſſimis pœnis eiſdem Regularibus à Clem. VIII. injunctum, prout in ejuſdem literis *loco cit. num*. 5. pleniùs continetur.

Ne-

Digitized by Google

Neque præſumendum eſt præfatis eſſe præceptam punitionem exercendam contra delinquentem, in locis extra Monaſterium poſitis; nam in eis nec juriſdictionem exercere, & Tribunal erigere valent; cum hæc nulli ſint conceſſa, nulluſq;
27 ſimilium exercitium poſſit extra proprium territorium prætendere, & ad alienum extendere; ea enim ſunt extra Superioris Regularis territorium; nam cum territorium à terrendo *juxta Calvinum Lexicon Juridicum*, & Sperellum *deciſ.* 127. *num.* 19. dicatur, quatenus Judex ibi terrere, & juriſdictionem exercere poteſt; ſequitur loca à Monaſteriis diſtincta, non eſſe de territorio, ſed extra juriſdictionem Regularium, ideò ſi eis datur, ut delinquentes ſibi ſubditos corripiant, neceſſe eſt, ut id obtineant exequendum in loco; qui ex eorumdem territorio non ſit, adeoque in Conventu, cum quicumque alius extra illud contineatur.

Præſertim quia punitiones, & correctiones per Regularium Superiores in delinquentes ſibi ſubditos exercitæ, ſunt de pertinentibus ad conſervandam diſciplinam Regu-
28 larem, evitanda ſcandala in populo, & naturam correctionis retinent; punire autem ad correctionem, etiam in loco immuni, non eſt eis prohibitum, ad quod facit reſolutio Sac. Congr. Immunit. quæ ſub *die* 31. *Auguſti* 1649. reſcribens Epiſcopo Aretino petenti; *Se un Canonico ritrovato nella ſua caſa Canonicale contigua alla Chieſa, in fraganti con una donna maritata, ſi ſia potuto con la medema donna, carcerare nelle Carceri Veſcovali ſenza pregiuditio dell'Immunità.* Reſpondit *poſſe ad correctionem:* apud Pignatell. *tom.* 1. *conſ.* 435. & ex Panimolla *cit. num.* 44. *in una Interamnen. cenſuit, Epiſcopum potuiſſe extrahere Archipresbyterum de Piedeluco à propria domo Parochiali, & carcerare ad effectum correctionis tantum* 27. *Martii.*

Sic etiam ex *cap. cum voluntate de ſent. excomm. lib.* 5. *tit.* 39. poteſt Prælatus Regularis cauſà correctionis, vel ratione Officii, & juriſdictionis, ut notat Engel. eodem *lib. & tit. à* §. 4. *num.* 141. juxta gravitatem culpæ, Monachum corporali caſtigatione afficere.

Licet, quando non agitur ad correctionem, ſed ad ultrices pœnas Canonum, aliter ex eodem Panimolla *numer.* 45. cenſuerit in una *Mutinen. die* 18. *Februarii* 1631.; & in alia *Ariminen.* 2. *Maii* 1661. videri poteſt Lezana *tom.* 2. *ver. immunitas à num.* 6. & Layman *Theolog. Moral. num.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 11.

Sed quid dicendum, ſi Religioſus delinquens in Monaſterio, ad ejuſdem Eccleſiam confugiat, & proteſtetur; *voglio, qui godere l'immunità conceſſa;* & nihilominus ab ea juſſu Superiorum extrahitur?

Juxta ſuperius dicta, & ea, quæ tradit Engel. *Colle. uni Jur. Can. lib.* 3. *tit.* 49. diſtinguens inter pœnam infligendam Religioſo delinquenti: quæ, ſi potiùs correctionem ſapiat, quàm vindictam, in foro ex-

Digitized by Google

terno ſceleri debitam dicendum, immunitatem ei non ſuffragari; quia præſumitur non fuiſſe Pontificis mentem per immunitatem Eccleſiaſticam tollere morum correctionem, & diſciplinam Regularem evertere, facit *tex. inter alia de immunit. per hæc: ſuper hoc tamen quod inique fecit, eſt aliàs legitimè puniendus:* nec Superiores extractio-
29 nem mandantes, vel executores cenſura ligantur, juxta noviſſimam Sac. Con. Immunit. reſolutionem in una Æſina, ut infra.
30 [Expoſuit Sac. Congregationi ſuper Immunitate Eccleſiaſtica, & controverſiis juriſdictionalibus Fr. Carolus de Montechio Ord. Minorum Obſervantiæ Reformatorum S. Franciſci, ſe extractum fuiſſe de mandato Patris Provincialis, ab Eccleſia Conventus Æſini, in quò morabatur, inſtando propterea declarari incidiſſe in excommunicationem tam ipſum Provincialem, quàm Fratres executores; Et eadem Sac. Cong., auditis rationibus à P. Procuratore Generali Ordinis allati, inter quas adductum fuit prædictum Fratrem Carolum extractum fuiſſe ad correctionem, & ob id ad domum diſciplinæ translatum, cenſuit, Provincialem, alioſque Fratres profeſſos non incurriſſe. Romæ hac die 19. Aprilis 1701.

G. Cardinalis Carpineus.

Jo: Vallemanus Secr.

Loca, quæ immunitate gaudent, enumerant Layman. *num.* 2. Engel. *num.* 10. Lancellottus *inſt. Jur. Can. lib.* 2. *de immunit. tit.* 20. & 31
per Gregorianam ſunt quæcumque loca Sacra, & Religioſa; nomine loci Sacri ad hunc effectum per Lancellottum in Jure Canonico intelligitur quilibet, ſivè Publicus, ſivè Privatus auctoritate Epiſcopi conſecratus, vel benedictus, ac ad Sacra peragenda, vel ad ſepeliendos mortuos deputatus, ut Eccleſiæ, Baſilicæ, Capellæ, Cæmeteria &c.

Nomine verò loci Religioſi, quoad eumdem effectum, veniunt domus Religioſorum, ſeù monaſteria Regularium, cum toto ambitù clauſtri, & clauſuræ, prout colligitur *cap. Ligna, diſt. prima de conſ.* clauſtra nimirum, Dormitoria, Hortus, Manſiones familiarium, & animalium, Officinæ, porticus, ex Panimolla *deciſ.* 88. *num.* 25.

Item Hoſpitale auctoritate Epiſcopi erectum juxta *cap. ad hæc de Relig. domibus lib.* 3. *tit.* 36.

Item Palatium Epiſcopale, & atrium Eccleſiæ *cap. id conſtitutum* 17. *quæſt.* 4.

Item Cæmeterium, quamquam ab Eccleſia ſeparatum, modò auctoritate Epiſcopi ſit deſignatum *cap. cum Eccleſia hoc tit.*

Item Porticus Eccleſiæ ex *S.C. Immunit. in una Spoletana* 7. *Februarii* 1630. *& in una Camerinen.* 3. *Aprilis* 1635. Pignatell. *tom.* 1. *conſ.* 169.

Item Domus Collegii de Propaganda Fide ex eàdem *die* 8. *Martii* 1650. ibid. *conſ.* 452., & Domus Eccleſiæ, quæ inſervit pro habitatione Sacriſtæ, etſi ab Eccleſia

disjun-

Digitized by Google

disjuncta, ex eadem 28. *Februarii* 1662. ibid. *conſ.* 457. & Domus Canonicalis prout ipſe *conſ.* 474. colligit ex una *Peruſina* 14. *Maii* 1652.

Item Seminarium, & quælibet alia loca auctoritate Apoſtolica, vel ordinaria erecta, ut loco alleg. Lancellottus.

Non gaudent Apothecæ Laicis locatæ, habentes ingreſſum ex platèa, vel via publica; ita Sac. Congreg. *Immunit. in una Narnièn.* 28. *Februarii* 1662. Pignatell. *conſ.* 458. Nec domus contigua Eccleſiæ, quæ præter januam viæ publicæ correſpondentem, habet etiam egreſſum in Choro ejuſdem Eccleſiæ, maximè ſi ſit Laicorum, ibid. *conſ.* 459. ex eadem 20. *Februarii* 1662. in una *Pennen.* Nec Capella Carcerum, vel contigua carceribus ibid. *conſ.* 452. ex eadem in una *Tudertina* 12. *Junii* 1663.

Nec Oratoria in privatis domibus exiſtentia per Lancellottum, alioſque apud Pignatell. *conſ.* 91. Engel. *num.* 11. & facit Gloſs. ad. *cap. quia contingit in ver. Altare*, ex eo quod, tametſi ibid. Miſſæ legantur, adhùc tamen dici propriè loca Religioſa, Deo dicata, non poſſunt, cum ad Domini domus arbitrium poſſint ad profanos uſus applicari, & converti.

Immunitas Eccleſiæ ampliatur ex Lancellotto, & Sperello *num.* 20. ad Eccleſiam authoritate Epiſcopi ædificatam, in qua divina celebrantur Officia, tametſi nondum ſit conſecrata, textus expreſſus *cap. Eccleſiæ hoc tit.* ubi Gloſs. *in ver. adimitur*, notat, quod ratione divini Officii, quoad privilegium immunit, eodem gaudet, quo & conſecrata.

Item ad Eccleſiam, authoritate Epiſcopi deſtructam, ſed cum ſpe reædificationis; tenet Engel. *à numer.* 10.

Item ad Eccleſiam ſanguine pollutam, aut interdictam, ne in ea divina celebrentur, cùm ſemper in poſſeſſione reverentiæ ſibi debitæ remaneat, nam pollutio, & interdictum, non ex culpa Eccleſiæ, ſed hominum delinquentium evenit; & ideò ei non poteſt præjudicium inferre: parificat Engel. *nu.* 11. exemplo Clerici ex propria culpa interdicti, aut excommunicati, & nihilominus privilegia Clericalia retinentis.

Item ad totam Eccleſiæ Fabricam, Atrium, Clauſtrum, ambitum, dormitorium, Sacriſtiam, fores, ſcalas, tectum, & alia Eccleſiæ adhærentia *cap. ſi quis contumax* 17. *quæſt.* 4. juncta Gloſs. *in ver. adhærentibus*; quod ideò eodem gaudeant privilegio cum Sacris; & ad loca exiſtentia in circuitu 40. paſſuum, quoad Eccleſias majores, & triginta, quoad minores, *cap. ſicut antiquitus* ibid. verùm ex Zerola in prax. Epiſ. *par.* 1. *ver. Immunitas* §. 12. teſtatur Engel. *à nu.* 10. hodie immunitatem non attendi ultra fines Cæmeteriorum; & non gaudere plateam Cathedralis, tametſi ex veteri conſuetudine fuerit obſervatum, declaravit Sac. Congreg. Immunit. 27. *Januarii* 1665. in una *Narnien.* cujus ſententiam ſub die 21. *Februarii ejuſdem anni*

Santiſs. approbavit, & executionem præcepit, Pignatell. *conſ.* 436. qui, ut ibid. *conſ.* 463. ſub die 10. *Decembris* 1658. in una *Forlimpopuli: cenſuit gaudere domum Parochi, licet non adhæreat Eccleſiæ.*

Videtur etiam ex Gregoriana *in ver. domibus Regularibus, lociſque Religioſis* immunitatem extendi ad hoſpitia, Grangias, & infirmarias Religioſorum, dummodo in eis ſit Eccleſia cum campanis, & divina celebrentur Officia; ſecus ſi ſint loca purè Secularia.

Privilegium immunit. ſuffragatur ex Lancellotto *ver. ampliatur numer.* 11. Engel. *numer.* 12. Layman. *numer.* 4. ad confugientem ad Sacerdotem portantem Santiſs. Euchariſtiæ Sacram. ut inde avelli non poſſit, & ad palatia Cardinalium ex Lancellotto *ver. ampliatur* 10. & ad apprehendentem, ſeù adhærentem muro Eccleſiæ, Panim. *deciſ.* 88. *num.* 27.

Eccleſiæ immunitas violatur per extractionem delinquentis, capturam, & carcerationem in Eccleſia, prout expreſsè Gregoriana, & ipſa Sac. Congr. Immunit. apud Pignatell. *tom.* 1. *conſ.* 126. declaravit, li-
32 gare in Eccleſia confugientem ad ipſam, eſſe contra immunitatem: quæ etiam violatur ſpoliando armis, licèt vetitis, ad eam confugientes, prout eadem Sac. Congr. reſolvit apud Sperel. *deciſ.* 127. *numero* 26. & præcipuè in una *Neritonen.* 13. *Januarii* 1628. in qua dixit practicandam non eſſe doctrinam Covaruviæ ex adverſo ſentientis; imò & per quamcumque nocibilitatem reo confugienti illatam, ex Pignatell. *conſ.* 168. *numero* 4. ex privilegio enim immunitatis debet conſervari in eo ſtatù, in quo erat tempore confugii, ut textualiter habetur *cap. diffinivit* 17. *qu.* 4. ut infrà. *Diffinivit Sac. Concilium, ut nullus audeat confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes, inde abſtrahere, aut quocumque nocibilitatis, vel damni, vel ſpolii reſidentibus in loco Sancto inferre.*

Ex quibus liquet, non poſſe impediri, quin alimenta reo ſubminiſtrentur, alioquin certè, vel extremum nocumentum mortis inferretur, vel per indirectum ab Eccleſia extraheretur, ut notat Engel. *à nu.* 20. *Dico* 4. obſervans alimenta eſſe ex bonis delinquentis deſumen- 33
da; vel ab ejuſdem propinquis; & in caſu, quod apud iſtos non reperirentur, movendi eſſent fideles de debito, quod ex lege charitatis habent, ſubveniendi extremè indigenti; & ſi ex his nullus reperiretur miſericors, expenſis Eccleſiæ deberet ali, ut firmat Lancellottus *in ver. voluerunt;* & facit *cap. Aurum* 13. *quæſt.* 2. vel Eccleſiaſticorum, etiam Regularium, qui *tenentur vitam, & membra confugientis ſervare cap. inter alia de immunit.*

An autem violaretur ab extrahente eum, qui ſuæ extractioni conſentiret? Quamquam negent ali- 34
qui, ponderatis rationibus, quod quemadmodùm confugiens, etiam Rectoribus invitis, poteſt ex propria voluntate ab Eccleſia exire,

quin

Digitized by Google

quin immunitatem lædat, ſic poteſt conſentire, ut ab Eccleſia à birruariis extrahatur, & Curiæ Laicalis fortiis, ac poſſe tradatur, & ſic extractus declarare ſe in carceribus Secularibus velle remanere; volenti enim ex 27. *Regul. juris in* 6. injuria non infertur, præſertim quia quilibet poteſt per expreſſam, vel tacitam renunciationem ſuo privilegio, & favori renunciare, ut in noſtris terminis, juncta Gloſsa *in ver. imputaret*, textualiter firmat *capit. Uxor Felicis* 17. *quæſt.* 4. ſignanter quia privilegium immunitatis præſumitur principaliter conceſſum intuitu perſonarum confugientium, & non Eccleſiarum.

Et à fortiori procedere ſcribunt apud Sperel. *deciſ.* 104. *nu.* 6. dum Judex Laicus ab Epiſcopo extrahendi reum licentiam petit, & ei injuſtè denegatur; ex eo quod immunitatis privilegium Judicis Laici juriſdictionem non impediat, ſed ſuſpendat ad tempus, donec ob Eccleſiæ reverentiam obtineatur extractio, & conſignatio per Epiſcopum facienda; quod confirmare putant allegando, ſi reus ſit præfati Judicis ſubditus, & locus, in quem ſe recipit, in ejuſdem territorio.

Attamen eſt abſolutè affirmandum; nec ex motivis ex adverſo adductis negativa concluditur, quæ ex Gregoriana indiſtinctè prohibens extractionem, ex integro reprobatur; neque obſtat, quod Judex ab
35 Eccleſia volentem abſtraheret, quia tametſi refugæ liberum ſit ex ea, etiam invitis rectoribus, exire, quemadmodum ad eam liberè confugit, tamen ex ſuppoſitione, quod in Eccleſia maneat, conſentire nequit, ut inde extrahatur, vel in ea ligetur, & eſt prorſus falſum eum poſſe immunitatis privilegio renunciare.

Quod ſuadetur, ex quo hujuſmodi privilegium datum non ſit perſonis confugientium, ſed ſpecificè, & directè Eccleſiis, ut pluribus allegat. eruditiſſimus firmat Sperell. *dec.* 104. *num.* 79. licet indirectè in 36
beneficium rei ad eam confugientis redundet, eo modo, quo dicimus legatum Fratribus Eccleſiæ S. Franc. pro Miſſarum celebratione factum, non fratribus eſſe directè relictum, ſed illi loco, qui ex celebratione honoratur, tametſi commodum ad inhabitantes Religioſos deſcendat; ideo jura clamant nullum eidem re- 37
nunciare poſſe; nam, quamquam id concederetur in casù, quo nulli renunciatio præjudicium afferret, nequit reſolvi in terminis, in quibus jus tertii læderetur, & tertium non conſentiret, ut in casù, in quo ſanè violentia irrogaretur Eccleſiæ, in præjudicium privilegii ſibi conceſſi, quæ quidem minimè conſentit; nec renunciatio tenet reſpectu ipſius renunciantis ex doctrina *Rotæ dec.* 170. *ſub. numero* 4. *ver. nec obſtat*, cum præjudicium tertii eſt inſeparabile, prout eſſet in terminis noſtris.

Sic Clericus nequit privilegio fori renunciare, ex eo quod non in ipſius dumtaxat, ſed in totius Ordinis Clericalis favorem tributum conſideretur *tex. in capit. at ſi Clericus cap. cum non ab homine de Judiciis lib. 2. tit. 1. cap. ſi diligenti*; 38

cap.

Digitized by Google

cap. ſignificaſti de foro competenti, & *lib. cit. tit.*2. & ibi communiter DD. & expreſsè *c. contingit in* 1. *de ſentent. excomm. lib.*5. *tit.*39. nec Regulares privilegio exemptionis, utpotè, etiam favorem Sedis Apoſt. ex Sperell. *num.*87. concernenti, & generaliter, nullus cum præjudicium tertii eſt inſeparabile, prout eſt in hac materia.

Sequitur quod Laicorum juriſdictio quoad effectum extrahendi ex Eccleſiis Laicos, nedum ſuſpenſa, ſed prorſus ſit extincta, eiſque ſit abſolutè interdictum ejuſdem exercitium, in reum ſibi ſubditum in Eccleſia, uti extra ſuum territorium, vel in loco exempto exiſtentem, juriſdictio enim ex Sperello *nu.*5. adhæret territorio, ſicut nebula inſi-
39 dens Paludi, & extra proprium exerceri non poteſt; *cap. ut animarum de conſtit. in* 6. *lib.*1. *tit.*2. Eccleſiæ autem, quoad juriſdictionis exercitium per Laicos, ſunt extra Principum Secularium territoria; imò, quamvis dici poſſet, quod eſſent in eorumdem territorio, numquam tamen verificatur, quod propriè de ipſorum ſint territorio: niſi quoad protectionem, non quoad impugnationem.

Quæ diſtinctio à Sperello à *num.* 47. applicatur, ut Eccleſiæ ipſæ, & perſonæ exemptæ contineantur in univerſitate territorii, & populi in iis, quæ earum favorem reſpiciunt; ut nimirum gaudeant, & uti poſſint privilegiis, & ſtatutis territorii, & populi pro ſe, & ad proprium commodum; ſecus, quantum ad ea, quæ concernunt ipſorum exemptorum onus, ac gravamen. Dubitatur: an, qui vinctus, & ligatus per cæmeterium, Eccleſiam, aut Monaſterium ducitur, poſſit exclamare, volo *hic immunitate gaudere*, adeo ut ex eis extrahi non poſſit, ſed liberè debeat dimitti?

Ad quod negativè dicitur ex Engel. *num.* 17. & Sperello *num.* 62. quæ communior eſt ſententia; cum 40
præfatus ad Eccleſiam liberè non confugiat, ſed invitus ducatur; Eccleſia verò confugientem liberè 41
tutatur, non inductum; nam Gregoriana non de ductis, ſed de confugientibus ad Eccleſias, loca Sacra & Religioſa loquitur, ut ibi expreſsè; & facit, quod is violenter ab Eccleſia, Cœmeterio, vel Conventu non extrahatur, neque ullam patiatur in Eccleſia violentiam, cùm numquam in eadem liber, ac ſui juris fuerit. Legimus Eccleſiam eum, qui liberè eam ingreditur, liberum conſervare, & in libertate defendere; non verò, quod juſtè capturato, & invitè à ſatellitibus, juſtitiæque miniſtris in vinculis per eam ducto, ſit locus aſyli; per edocta à Covaruvia *lib.* 2. *variar. reſolut. cap.*10 *num.*13., & probatur à ſimili ex Engel. de confugiente ad Sacerdotem portantem Eucha- 42
riſtiam, qui apud eum immunitatem reperit; quæ non ſuffragatur ei, ad quem Euchariſtia ad carceres defertur.

Sic etiam cùm Religioſus damnatus, de uno ad aliud Monaſterium ducitur, licèt ex primo extra- 43
hatur invitus; tamen loci immuni-

tas

tas ex Fagnano *in 2. part. 3. decretal. cap. inter alia de immunit. num.* 43. non violatur, quia id fit Canone permittente Arg. *cap. qui peccat 23. quæſt. 4.*

44 Juſtè ab Eccleſia evelli non poteſt, qui è manibus Miniſtrorum juſtitiæ per vim ſe eximit, aut rupto carcere ad Eccleſiam confugit; quippè jam ſe in libertatem recepit, in qua per Eccleſiam defenditur; ut ex Covaruvia ibid.

Quæritur an Judex Laicus poſſit in loco ſacro, & immuni vulneratos, vel Teſtes examinare?

45 Reſp. negativè; eis enim textualiter interdicitur *cap. Cum Eccleſia, alleg. tit. de immunit.* ut infra; [Cum Eccleſia Dei ſecundùm Evangelicam veritatem Domus orationis eſſe debeat, non ſpelunca latronum, aut ſanguinis forum; ſeculares Judices cauſas, ubi de ſanguinis effuſione, & corporali pœna agitur, in Eccleſiis, vel cœmeteriis agitare ſub interminatione anathematis prohibemus, abſurdum enim eſt, & crudele, ibi judicium ſanguinis exerceri, ubi eſt tutela refugii conſtituta;] ut ibid. tradunt DD. communiter, & poſt alios idem firmat Panimolla *deciſ. 95. adnot. 1. num. 20. & 26.* & Sperellus *deciſ. 51. num. 6. & num. 7.* obſervat nedum acta cauſarum Criminalium, ſed etiam Civilium eiſdem in præfatis locis interdici, quod probat *ex cap. decet hoc tit. in 6.*

Et procedit, ut nec de licentia Ordinarii id, vel exhumare occiſorum cadavera, ad effectum recognitionis, poſſint, ut in terminis reſcripſit S. C. *Immunit. apud alleg.* Panimollam & Sperell., ut infra.

Quæritur à S. Cong. declarari, [An Epiſcopus, tamquam Ordi- 46 narius, poſſit concedere licentiam Judici Laico, ut examinet, præſertim cum juramento, & formaliter, aliquem reum, vel teſtem in Eccleſia, vel alio loco immuni? & an Epiſcopus teneatur, etiam invitus, licentiam concedere curiæ exhumandi cadaver occiſi ad recognitionem faciendam?

Die 2. Maii 1629. S. Cong. ſuper controverſiis juriſdictionalibus, cenſuit Epiſcopum non poſſe hujuſmodi licentiam concedere, etiam vigore literarum S. Congreg. ſuper ejectione, ſed petendam a Sede Apoſtolica; nec, quod cadavera exhumentur, ut fiat recognitio in Eccleſia, ſed extra, & arbitrio ipſius Epiſcopi, quæ declaratio fuit ab eadem confirmata, die 8. Auguſti 1645. ut ſequitur; S. C. prævia matura diſcuſſione, & communi omnium Patrum conſenſu, cenſuit ſtandum in deciſis ſub die 2. Maii 1629. ſcilicet Epiſcopos poſſe corpora exhumanda, vulneratos, & Teſtes extrahi facere extra Eccleſias & loca immunia ad effectum recognitionis, & probationis corporis delicti per Judices, & Miniſtros Laicos faciendæ, eorumdem ipſorum Epiſcoporum arbitrio, rectè tamen regulato, non autem poſſe facultatem concedere eiſdem Judicibus, & Miniſtris Laicis faciendi in dictis Eccleſiis, & locis immunibus actum aliquem recognitionis cadaverum, ſeù examinis vulneratorum,

Digitized by Google

rum, & teſtium, niſi in caſu urgentis neceſſitatis, quandò Summus Pontifex commodè adiri non poteſt, idque pro eorumdem Epiſcoporum arbitrio, rectè tamen regulato; Superioribus verò regularibus minimè licere, etiam in Eccleſiis, & locis immunibus ipſorum regularium, ſed id ad Epiſcopos ſolum ſpectare.]

Quæritur ſecundò: an id poſſit prætendi vigore conſuetudinis?

Reſp. Negativè, & præſuppo-
47 nendum cum Sperello *deciſ.* 104. *num.* 11. plures allegante, immunitatem Eccleſiarum eſſe de Jure Divino, quod patet ex *lib. Num. cap.*
48 35. *ver.* 6. *Deut.* 19. *à ver.* 3. *Joſue* 20. *ver.* 2. ubi legitur ex Dei ordinatione ad fugitivorum ſubſidium fuiſſe loca refugii conſtituta, habetur *cap. quamquam de cenſibus in* 6. & tradit Trid. *ſeſs.* 25. *cap.* 20. *de ref. Cupiens*, & *infra*, *nec permiſſuros* (Principes nimirum ſeculares) ut [Officiales, ac inferiores Magiſtratus Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio, ſeù inconſideratione, violentia; & *mox.* decernit itaque & præcipit, Sacros Canones, & Concilia Generalia omnia, necnon alias Apoſtolicas Sanctiones, in favorem Eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis Eccleſiaſticæ, & contra violatores editas, quæ omnia, præſenti etiam Decreto innovat, exactè ab omnibus obſervari debere.] Ex quibus habetur Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum immunitatem eſſe de Jure Divino, & Canonico, imò, & Civili, ut firmat Lucius III. *c. cit. inter alia de immun.*

Ideò conſtat contra immunitatem conſuetudinem non valere, nam conſuetudo Juri Divino, & Sacris Canonibus contraria introduci non poteſt, ut tradunt DD. *ad c. Cum tantò de conſuetudine lib.* 1. *tit.* 4. utpotè iniqua, & irrationabilis, quod firmat Sperell. *deciſ.* 282. *n.* 18. irrationabilis autem, illa dicitur, quæ eſt contra Eccleſiaſticam libertatem *c. Cum terra*, *c. Sacroſancta*, *c. Maſſana*, *de elect. lib.* 1. *tit.* 6. & quæ ab jure improbatur *cap. ex frequentibus de inſtitutionibus lib.* 3. *tit.* 7. & facit Gloſ. *ad alleg. c. cum tantò in ver. rationabilis*, eam rationabilem nominans, quam jura non improbant, nec obviat Canonicis inſtitutis.

Et procedit, etiam ſi Laicus pro ſe adduceret immemorabilem, cujus initii non extaret memoria; nam immemorabilis non valet per Sperellum *num.* 35. quando ſimpliciter tollitur propter ejus irrationabilitatem; etenim cum ratio ſit veluti cauſa formalis conſuetudinis, præciſa ratione, nec ipſa ſubſiſtit.

Quod conſuetudo, quæ canonicis obviat inſtitutis, nulliùs ſit momenti, habetur textualiter *cap. ad noſtram cit. tit. de conſuetud.* ideò potiùs cenſetur corruptela, *ex cap. Cum Venerabilis eodem tit.* & *cap. Conſuetudinem ſimili tit. in* 6. utpotè ſacris Canonibus inimica, etiamſi fuerit per tempus immemorabile ſervata, non propterea ſumit vires; nec tempus immemorabile

Digitized by Google

operatur, ut id, quod eſt irrationabile, rationabile fiat, *ex alleg. cap. Conſuetudinem, & cap. non putamus*, & tenet Gloſs. *in verb. quantocumque tempore*.

Item, & ſi allegaret pro ſe præſcriptionem; nam id certè non procedit, ſi immunitas ſit de Jure Divino (uti eſt) cùm voluntates, & actiones humanæ, quantumcumque tempore, vel numero multiplicentur, contra Chriſti voluntatem prævalere non poſſint, per Sperellum *deciſ. 37. nu. 28.*; imò, & ſi ſit ſolum de Jure Canonico, quamvis enim contra Jus Canonicum, non ſolum per immemorabilem, ſed etiam ſpatio quadraginta annorum, præſcribatur, juxta magis communem ſententiam, quàm magiſtraliter tenet Gloſs. *ad alleg. cap. cum tantò in ver. legitimè, & cap. Auditis de præſcriptionibus tit. 36. lib. 2.*, tamen nunquam contra ipſum præſcribitur, cum ipſa jura reſiſtunt, tunc enim, nec ad effectum præſcriptionis, vel acquirendi jus, actus, etiam ab immemorabili, & longa conſuetudine exerciti, habent vim tituli, & ad probandum jus, & poſſeſſionem ſuffragantur; ut ſtatuitur *allegat. decretali de conſuetudine in 6. cum ſacris ſit inimica Canonibus &c.*

Maximè, quia ſumus in præſcribente incapace illius juris, quod præ-
51 ſcripſiſſe præſumit. cum ex parte ſubjecti habetur incapacitas, numquam præſcriptioni datur locus, quamvis vetuſtiſſimum præceſſerit tempus, & uſus antiquus; quod ſupponitur, nunquam capacitatem afferre; quod eſt certum in Laico per mille annos Officium Sacerdotale exercente, qui non propter hoc diceretur Sacerdos, vel præſcriptione eſſe in poſſeſſione illius Miniſterii, quia eſt Sacerdotii incapax; ſic propter rationis identitatem, cum Laicus ſit incapax juriſdictionis in perſonas Eccleſiaſticas, & eorum cauſas, & immemorabilis ad nullum effectum ſuffragatur; nec pro ſe poteſt ex conſuetudine præſcriptionem allegare ſuper juriſdictione in loca immunia, nam, ut obſervat Sperellus *deciſ. 182. nu. 37.* impræſcriptibilis illa conſuetudo judicatur, quæ eſt contra Jus Divinum, vel dicta Sanctorum Patrum, vel leges Eccleſiaſticas, vel bonum publicum, aut bonos mores, vel eſt nutritiva peccati, cum ſic reſiſtat fini Juris Canonici, & æterni.

Quibus additur quamcumque conſuetudinem, etiam immemorabilem, reprobari à Gregoriana per clauſulas *Decreti irritantis*, & *ſublata*, ac fortes non obſtantias.

Et expreſſius in Bulla Cœnæ, quæ abrogat conſuetudines om- 52
nium ferè actuum, per quos hujuſmodi particulares præſcriptiones introduci poſſunt, quæ, cum quotannis renovetur, contra eam non eſt. dare conſuetudinem, etiam modici temporis, imò in ea fulminantur excommunicationes, quacumque conſuetudine non obſtante, & *patet. ex can. 15.* ejuſdem per hæc verba, *ac etiam prætextu cujuſvis conſuetudinis, aut privilegii*, vel *alias quomodolibet fecerint*, & *non obſtantibus*

tibus privilegiis, &c. necnon conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, & præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis; unde quia in alleg. ejuſdem *Can.* 15. reprobatur conſuetudo quæcumque, in aliquo liberationis Eccleſiaſticæ læſiva, & reſtrictiva, ideò nullo temporis ſpatio eſt potens præſcribere.

Ex quibus habetur non poſſe Judices Laicos ſe Clypeo conſuetudinis defendere ſuper actus, quos in locis immunibus, & in perſonas Eccleſiaſticas exercent; ſicut nec illa eis ſuffragatur, qui ab Eccleſiaſticis perſonis ſuper pane, vino, carnibus, panno, aliiſque ad victum, & veſtitum ſpectantibus, Gabellas, & vectigalia pro facultate res ſuas vehendi, aſportandi, & importandi, exigunt, & exigere jubent, & permittunt, & reſpectivè imponunt, quod ipſa Bulla *Can.* 18. interdicit, in quo Deum, & Eccleſiæ immunitatem enormiter offendunt, cenſuras, etiam Bullæ Cœnæ, incurrunt, ac graviſſimè peccant, cum obligatione reſtitutionis, vel extracti loco immuni, vel rerum perſonis.

An autem à cenſurarum incurſu excuſari poſſint propter probabilem juris, vel facti ignorantiam.

Dividuntur DD. excuſari tradit Quaranta *Bullar. verb. vectigal. circa finem, item ab hujus*: aliique, quos allegat Sperellus *deciſ.* 37. *num.* 87., quod ab ipſo ibidem negatur, ſuper quo dubium eſſe non poteſt, per expreſſa in Bulla Cœnæ. §. *ut verò præſentes*, ubi ad omnem ignorantiæ umbram removendam ejuſdem publicatio, ad minus ſemel in anno, præcipitur, & alia plura leguntur, quæ faciliùs ad omnium notitiam contentorum in ea deducere poſſunt, & quæ operantur, ut nullus excuſationem ex cap. ignorantiæ allegare queat, cum non ſit veriſimile, ut Textus habet, *id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.*

Et facit per Sperellum *deciſ.* 37. in fine, quod in foro interno à cenſurarum incursù non excuſet ignorantia in his, quæ quis ſcire tenetur, de quorum numero ſunt contenta in Bulla Cœnę, quæ quotannis ubique locorum publicatur, & ad omnium notitiam deſcendit.

A loco immuni extractus eidem reſtitui debet, ut declaravit S. Cong. 54
Immunit. Apud Pignatellum *conſt.* 170. *à numer.* 8. in unà *Cajacen. die* 20. *Novembris* 1640. quæ reſpondit, reſcribendum eſſe *Vicario, ut faciat reſtituere oratorem eidem Eccleſiæ, à qua fuit extractus, cum non potuerit per renunciationem ipſius præjudicare Eccleſiæ: ſequuta autem reſtitutione, erit in ſui arbitrium ſe conſtituere in Carceribus;* & in una *Mediolanen. die* 23. *Februarii* 1638. *ibidem numero* 10.

Et ita neceſſariò, ut alteri non poſſit, niſi de licentia Summi Pontificis, prout ab eàdem, ex Panimolla *deciſ.* 85. *ad not.* 1. *nu.* 3. in unà *Mediolanen. die* 28. *Novembris* 1634. hujuſmodi emanavit reſcriptum. D. [Secret. juxta mentem, ſcilicet, ut, mediante authoritate

San-

Digitized by Google

Sanctiſſimi, faciat convalidare reſtitutionem factam alteri Eccleſiæ, cum non dependeat à conſenſu partium, ſed ab authoritate Santiſſimi; Et in alia S. C. &c. cenſuit reſtitutionem oratoris extracti, de jure faciendam eſſe eidem Eccleſiæ Civit. Lauden. à qua fuit extractus, etiamſi hodie moram trahat in Civitate Romana, diſtante à loco factæ extractionis; poſſe tamen hoc caſu S. D. N. diſpenſare, ut reſtitutio fiat Eccleſiæ Lateranenſi, attento conſenſu oratoris, qui reſtitui debet.

Et ita requiritur ſpecificus actus repoſitionis extracti in eodem loco, ut non dicatur reintegrata Eccleſia, à qua fuit extractus, per fugam ipſius è carceribus ad illam Eccleſiam; quia non propterea poſſet dici fuiſſe reſtitutum per Judices Laicos, qui in carceribus de eorum mandato, & voluntate detinebatur, prout neceſſariò requiritur ad hoc, ut Eccleſiæ dicatur ſatisfactum, prout *deciſ. alleg. num.* 22. idem obſervat Panimolla, & ex Pignatello *num.* 4. adducta conſult. ſic cenſuit S. Congreg. Immunit. in una *Salernitana* 7. *Maii* 1630. & ſervatum fuit contra Gubernatorem Urbis 27. *Auguſti* 1624. ex Decreto Sanctiſs. in extracto ab Eccleſia S. Mariæ de Pace, in qua repoſitus fuit ab eiſdem birruariis publicè poſt meridiem.

Quæritur, an reſtituenduus ſit, qui blandis verbis ſuaſus, ab Eccleſia egreditur, & egreſſus capitur?

In hoc diſtinctione proceditur: vel verba illa continent mendacium, deceptionem, & dolum, & adhibentur ad fallendum, circumveniendum, & decipiendum confugam, vel non ſunt dolo, & fraude admixta, nec importuna. 55

In primò ſensù affirmativè reſpondetur, cùm Sperello *deciſ.* 150. & Pignatello *conſt.* 99. ratio eſt, quia de illo non verificatur, quod liberè egreditur, cùm conſenſus per doloſas blanditias habitus liber, & ſpontaneus non reputetur, ſed extorctus, & coactus, ut notat Sperell. *num.* 36. is enim, qui decipitur, 56
pro non volente habetur; nam certè, ſi deceptio ſibi innituiſſet, nec ſe ad exeundum induci permiſiſſet, nevè periculo capturæ ſe expoſuiſſet; ideò in casù locum non habet regula 27. *juris in* 6. *ſcienti, & conſentienti non fit injuria, neque dolus*, nam ibi Gloſs. duo copulativè requirit, nimirum, quod ille ſciat, & conſentiat; conſenſus autem in casù non reperitur; ut ex dictis patet, & confirmat Sperellus *num.* 37. ex Sanchez tradens dolum non minus, ac violentiam voluntarium auferre, & quod violenta 57
perſuaſio plus eſt, quàm violenta coactio, undè concluditur ad reſtitutionem obligari, qui ſub ſpecie amicitiæ reum blanditiis ad egrediendum ab Eccleſia induxit, ut eum in manibus Curiæ tradat.

Et ob majoritatem rationis obligatur Birruarius, qui coufugæ ſuum auxilium offert, & promittit, quod neque ab ipſo, neque à ſociis moleſtiam ſit recepturus, ſi ex Eccleſia exeat, & ſtatim poſt exitum à Curiæ lictoribus ligatur; in ſimili reſolvit ex Spèrello *num.* 65. Sacra Congreg. Immunit. in caſu ſcilicet, quo

Satel-

Satelles amicus, eum, qui ad Eccleſiam confugerat, blandis verbis, ac per manum in ſignum aſſecurationis ducens, & ad cauponam invitans induxerat, ut ab Eccleſia egrederetur; ea ratione, quod, licèt bir-
58 ruarij vulpes ſint aſtutiſſimæ, & doloſiſſimæ, quibus ſit naturalis fallacia, & conſequenter eis numquam credendum, nihilominus de quolibet ſic extracto, ſemper verificetur, quod contra ſuam voluntatem, & quodamodo violenter extrahatur.

Et Judex Laicus, tametſi, abſque ejus ſcientia, à Satellitibus, vel conſaguineis occiſi, aut aliis amicitiam ſimulantibus, fuerit reus extractus, per tradita à Sperello *deciſ.* 48. *numero* 61. idque ad tenorem Gregorianæ, dirigentis diſpoſitionem contra quoſcumque immunitatem lædentes, alioquin vis conſtitutionis eluderetur, & debita non exhiberetur locis ſacris reverentia.

In ſecundo autem ſenſu iidem negant; nam exiens non fuit ab alio deceptus, ſed ipſe nimia facilitate ob blanda verba audita ſe ipſum decepit, & ad exeundum induxit; & id propter differentiam ex Sperel-
59 lo *deciſ.* 50. *numer.* 68. repertam inter blanditias, & dolum: iſte habet deceptionem annexam, quæ blanditiis non reperitur; imò ipſis indulgens ſe ipſum decipit, & capturam non alii, ſed ſibi debet imputare, quià debebat ſe periculo non exponere; ideo in caſu, quo amicus exſuadens, credens re vera, quod in birruarios non incidet, eum hinc rogans, ſed non importunè, & tanta inſtantia, ut pro fraude detur locus præſumptioni: vel blandis verbis ſuadet, ut Eccleſiam relinquat, & ſecum, vel ad cauponam, aut amaſiæ domum, vel aliò vadat, ſi extra locum Sacrum capiatur, reſtitui non debet, quia liberè, voluntariè, & ſine ulla fraude extrinſeca exivit.

Nec Judex Laicus poteſt abſque cenſurarum incurſu extractionem 60
delinquentium à locis immunibus propria auctoritate facere, petita, ſed non obtenta licentia Epiſcopi; ſuper quo videas reſolutiones Sac. Congreg. Immunit. *in Calaritana prima Septembris* 1648. apud Panimolla *deciſ.* 87. *num.* 29.

Poſt Gregorianam extractio, & quælibet immunitatis violatio in- 61
terdicta eſt ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, adeo ut violatores, & quomodocumque præter, vel contra illius formam attentantes, ipſo facto, omnes excommunicationes, & cenſuras incurrant, quæ à jure contra violantes immunitatem, aut libertatem Eccleſiæ ſtatutæ ſunt, ut legitur in §. *quod ſi quis &c., declaramus eum ipſo facto cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis juris, & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores, per Sacros Canones, Conciliorum Generalium, noſtrorumque Prædeceſſorum Conſtitutiones ſunt promulgatæ;* ideo hodie extrahentes non ſunt excommunicandi, ſed veniunt dumtaxat declarandi excommunicati, ut peroptimè tradit Sperellus *deciſ.* 48. *nu.* 32. *& deciſ.* 105. *num.* 42. reprobans ſententiam dicen-

Digitized by Google

dicentium, cenſuram in caſu ipſo facto non incurri, ſed ſub conditione, ſi extractus non reſtituatur, quod nullo pacto, attenta diſpoſitione Greg. eſt admittendum, ut apud alleg. DD. firmant, præſertim ſtante clauſula *ſublata*, quæ omnem prorsùs extraneam interpreta-
62 tionem excludit, & claudit os parti, tollitque Judici facultatem aliter judicandi, Barb. *clauſ.* 102. *numer.* 2.

Formula citandi violatores immunitatis Eccleſiaſticæ apud Panimolla *deciſ.* 96. *adnot. prima à nu.* 6. & Sperellum *deciſ.* 48. *num.* 1.

Citetur N. [ad comparendum coram Domino Ordinario V. G. intra triduum, quorum primus pro prima, reliqui duo pro ſecunda, & tertia, ac ultima, & peremptoria dilatione, & termino ſibi aſſignato ad allegandum, & dicendum, cauſam, quare non debeat declarari incidiſſe in excommunicationem latam in Conſt. Gregorii XIV. ſuper immunitate Eccleſiæ, aliiſque Summorum Pontificum, ac Sac. Conciliorum conſtitutionibus contra violatores Eccleſiaſticę Immunitatis, & ad deducendum quid quid vult, & poteſt, infra dictum terminum, quare declarari non debeat: quo termino elapſo, ſi nihil legitimè deduxerit, die immediatè ſequenti compareat ad videndum ſe declarari excommunicatum, & pro excommunicato publicè denunciari, ceduloneſque decerni, & affigi per loca ſolita, & conſueta Civitatis, ipſo ulteriùs non monito, nec citato, niſi ſi, & quatenus opus fuerit, & expediat, ubi &c. datum &c.]

Citatio, ſeù monitio eſt facienda perſonaliter, & non ad domum dimiſſa copia, per DD. apud Panimolla *numer.* 8. quos ſequitur Pignatellus *tom.* 1. *conſ.* 29. *num.* 2. limitatur, ſi excommunicandus, vel declarandus excommunicatus domi lateat, vel perſonalem citationem ſubterfugiat, vel ſimili modo abſentia ſit malitioſa: tunc enim ſufficit citatio ad domum, vel ad alium publicum locum, ſi domo careat: aut per edictum, ſi ad domum tutus acceſſus non datur, facit Clem. *Cauſam propè finem de elect.* propter rationem datam à Sperello *deciſ.* 48. *cit. numer.* 34. nimi- 63
rum, quod doloſus non permittens ſe citari, non debet ex dolo commodum reportare, ſed habendus eſt perindè, ac ſi perſonaliter citatus fuiſſet; præſertim quia notitia citationis ad domum, æquiparatur citationi perſonali; & etiam per edictum in loco publico affixum ſufficit citare, ſi excommunicatio proferenda ſit generaliter contra perſonas, quę commiſerunt aliquod delictum, quarum nomina ignorantur per Panimolla *num.* 11.

Dubitatur, an deveniri poſſit ad declaratoriam excommunicationis incurſæ propter læſionem immunitatis, trina monitione, & citatione non præmiſſa?

Dubio ex Sperello *deciſ.* 48. *num.* 54. præmittitur diſtinctio reperta inter excommunicationem ab homine ferendam, & latam à Canone, vel ſtatuto legitimè pro-

Digitized by Google

mulgato; trina monitio cum ſufficienti aliquorum dierum intervallo neceſſariò præmittenda eſt, & re-
64quiritur in excommunicatione ab homine ferenda ad effectum, ut cenſurandus ſufficiens tempus habeat ad exhibendam ſatisfactionem, vel proponendam defenſionem ſuam *cap. Sacro, juncta* Gloſſ. *in ver. competenti de ſent. excomm. lib.* 5. *tit.* 39. *& cap. Conſtitutionem eodem tit. in* 6.

Et ſi periculum ſit in mora, una etiam monitio peremptoria, cum ſufficienti termino, arbitrio Judicis pro facti, & rerum qualitate, ſufficit, pro ut idem tradit *num.* 58.
65& Engel. *Colleg. univ. Jur. Canon. lib.* 5. *tit.* 39. *§. primo num.* 8. Piaſec. *prax. Epiſc. parte* 2. *cap.* 4. *&* 13. *à num.* 8. & habetur per ſubjuncta *alleg. cap. Conſtitutionem; judices, ſive monitionibus tribus utantur, ſive una pro omnibus, obſervent aliquorum dierum competentia intervalla; niſi facti neceſſitas aliter ea ſuaſerit moderanda*; quæ Judex moderabitur juxta perſonarum, & negotiorum qualitatem; ut optimè Gloſ. *in ver. competentia*, quæ quandoque celeritatem exigunt: Si ſemper expectanda eſſent illa dierum curricula, poſſet aliquando contingere, ut ad caſus particulares applicabile eſſet illud, *dum Romæ conſulitur; Saguntum expugnatur*.

In latâ ipſo facto à Canone, vel jure, nulla Judicis monitio requiritur, ut incurratur; quia jus, & lex cenſuram imponens, quotidiè lo-
66quitur, & admonet ſubditos, ne delictum habens cenſuram adnexam committant, ut ibid. ſcribunt 67
Sperellus, & Engel. & eſt textus expreſſus in *cap. reprehenſibilis de appellationibus lib.* 2. *tit.* 28. & ibi Gloſs. *in ver. qui Prælato*, notans Lateranenſe ſtatuere; *ne Prælati ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubjectos, niſi canonica commonitione præmiſſa, niſi forte talis ſit culpa, quæ ipſo facto ſuſpenſionem, vel excommunicationem inducat*.

Verùm, ſi is, qui v. gr. cenſuram incurriſſe dicitur, ab Epiſcopo, vel 67
Judice Eccleſiaſtico denunciandus, vel declarandus ſit, priùs legitimè citandus erit, eique juſta defenſio omnibus jure naturæ conceſſa, indulgenda; ut ſecundum juris ordinem appareat, an revera ita deliquerit, ut meritò cenſuram incurriſſe judicari debeat, & ideò requiritur citatio in formando proceſſu, & pro juſtificatione facti; ut tradit Covaruvia apud Sperell. *numer.* 55.

Et ita neceſſariò citatio exigitur declarationi, ut ejus omiſſio reddat ſententiam nullam, prout tradit Navarro *conſilio* 9. *tit. de ſent. excom.* apud Engel. aliique, quos enumerat Sperellus *numer.* 56. niſi delictum ſit notorium, quod nulla poſſit tergiverſatione celari, ut obſervat Gloſs. *ad alleg. cap. reprehenſibilis in ver, ipſo ſuo genere: & tunc poſſunt puniri ſine admonitione, & ſine pœna illius conſtitutionis, Sacrò approbante Concilio de ſent. excommun. lib,* 5. *tit.* 39. in qua ſub pœna ingreſſus in Eccleſiam per menſem

inter-

Digitized by Google

interdicti, prohibetur promulgare ſententiam excommunicationis, etiam ſi juſta fuerit, ut ibi expreſsè.

Ex quibus ad dubium patet, trinam monitionem non eſſe neceſſariam. Ratio autem cur in denunciatione non requiratur, ea eſſe poteſt per Sperellum *num.* 57. & *ex cap. Paſtoralis §. verum de appellationibus lib.* 2. *tit.* 28. quod denunciatio non ſit nova cenſura, neque ampliùs liget, non enim ipſe denuncians excommunicat; ſed ipſum jus excommunicavit, per obſervata à Covaruvia *in cap. Alma mater §.* 9. *à nu.* 5. *ver. Trina;* una autem ad minùs debet præmitti, ut de crimine, ob quod excommunicatio eſt incurſa, parte citata, ac de illius ſubſtantia, & ejuſdem qualitate conſtet; qua omiſsà ſententia declaratoria nulla reputatur, ut poſt ipſum docuit Sperellus *num.* 56. & ideò Covaruv. concludit has declarationes fieri debere, audita, & citata parte. Vide alleg. Covaruv. Engel. Piaſec. & Sperellum, ſcribentem *num.* 53. poſſe Judicem Eccleſiaſticum pro violata juriſdictione ſine monitione ad excommunicationem procedere, *tex. in cap. dilecto de ſent. excomm. in* 6. licèt non conſentiat Covaruv. *à num.* 6. in fine.

Sed quid, ſi declaratoria excommunicationis per cedulonum affixionem pronuncietur poſt appellationem, vel ad Sanctiſs. aut Sacr. Cong. occaſione citationis interpoſitam?

68 Dicendum, appellationem, etiam legitimam non poſſe impedire declarationem excommunicationis, jam incurſæ, nec ſuſpendere, ex Sperello *num.* 41. effectum excommunicationis latæ ab jure, & per viam ſtatuti: facit *tex. in cap. Paſtoralis de appellat. lib.* 2. *tit.* 28. *§. verum*, ubi Innocent. III. petenti, utrum [ſi quis excommunicationis ſententia innodatus ante denunciationem ipſius, ab ea, tamquam minùs rationabiliter promulgata, in eo caſu, in quo ante ſententiam appellatio vires obtinuiſſet, curaverit provocare, eo quòd per appellationem interpoſitam excommunicantis videtur juriſdictio dormitaſſe, ipſe denunciare poſſit eumdem, & ad tempus Eccleſiaſticis beneficiis Clericum ſpoliare: *ſubdit*: nos itaque reſpondemus, quod cum executionem excommunicatio ſecum trahat, & excommunicatus per denunciationem ampliùs non ligetur, ipſum excommunicatum denunciare poteſt, ut ab aliis evitetur, & illi proventus Eccleſiaſtici meritò ſubtrahuntur, cui Eccleſiæ communio denegatur,] & ibi Gloſs. *in ver. in iſto*, docet appellationem, denunciationem non impedire; tenet Sperellus *alleg. deciſ.* 48. *num.* 59. id juribus, & DD. teſtimoniis firmans, ac referens hodie à declaratoria am- 69 pliùs appellationem non dari ad effectum ſuſpenſivum juxta novas ordinationes Eminentiſs. DD. Cardin. Cong. ſuper controverſiis juriſdictionalibus.

Et à fortiori procedit, ſi appellatio fuerit frivola, interpoſita, nimirum juxtà Gloſs. *ad cap. cum appellationibus in* 6. *lib.* 2. *tit.* 15. ſine

D 2 cau-

Digitized by Google

cauſa, vel cum cauſa eſt irrationabilis, aut falſa.

Et ideò per obſervata à Sperello *numer.* 44. cautela eſt, quod con-
70 demnatus non dicat, appello ab iſta pœna; ſed appello, quia non ſum culpabilis, vel quia non eſt probatum, me incidiſſe in iſtam pœnam.

Abſolutio excomm. incurſæ propter violationem immunitatis Ec-
71 cleſiaſticæ eſt, reſervata Summo Pontifici, per Decretales Pauli II. & Sixti IV. incipiunt. *Etſi Dominici Gregis*, *inter extravag. com. lib.* 5. *de pœnit. & remiſs.* quod magis in ſpecie legitur in decreto Clementis VIII. *alleg. cap. offic. quoad abſol. ab excomm. & caſib. Bullæ Cœnæ num.* 4. *tom. primo*, ut quoque notavit Lancellott. *tit.* 20. *de immunit. Eccleſiar. v. & ſic nota, quod;* & dubium tollit, textus *can.* 15. *Bullæ Cœnæ*.

Nec vis conſtituatur in eo, quod textus ſæpe libertatem (quæ perſonas Eccleſiaſticas reſpicit) & non immunitatem (quæ locis Sacris, & Religioſis applicatur) nominent; quia ut ſcribit Panimolla *deciſ.* 87. *num.* 10. ubi agitur de incurrenda, & abſolvenda cenſura, libertas, & immunitas Eccleſiaſtica promiſcuè, & ſinonimè accipiuntur; & cum in utràque eadem ratio militet, confunduntur, ut eadem quoque juris diſpoſitio militare debeat; præſertim quia decreta, & conſtit. potiùs demoſtrativè, quàm taxativè de libertate loquuntur; & cum concernant favorem Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum, poteſt optimè fieri extenſio de uno ad alium caſum.

Undè reprobatur Genuen. *in prax. cap.* 17. *nu.* 3. firmans ad Ordinarium ſpectare abſolvere ab excommunicatione incurſa propter extractionem rei à loco immuni; & præter DD. à Panimol. *alleg.* ex adverſo ſcribentes in contrarium, habetur praxis Romanæ Curiæ, & à Sac. Congr. Immun. graviter reprehenduntur Ordinarii, eorumque Vicarii, hujuſmodi abſolutiones concedentes. Quibus datur facultas, ut ſe abſolvere faciant à cenſura propter id contracta; ut ſub *die* 5. *Februarii* 1630. in terminis reſcribit Vicario Apoſtolico Tropien, qui abſolvit Miniſtros Laicos à cenſura contracta propter extractionem confugientium ad loca immunia, ut infra. *Detur Vicario facultas faciendi ſe abſolvere per Confeſſarium, & acriter reprehendatur; & eidem; ut abſolvat Gubernatorem, & alios complices privatim.*

Quæ ſub *die* 16. *Junii* 1632. ſic reſpondit Vicario Generali Capuæ. *Non eſſendo permeſſo all'Ordinario ſenza facoltà eſpreſſa di queſta S. Sede aſſolvere lo ſcommunicato per cauſa di violata immunità, e giuriſdictione, e libertà Eccleſiaſtica, perciò vi dovete aſtenere dal dare in queſto aſſolutione, etiandio con reincidenza: ne darete auviſo diſtinto à queſta Sac. Cong. che piglierà gl'ordini neceſſarii, che ſaranno eſpedienti, e di giuſtitia.*

Digitized by Google

CAPUT V.

Officialis quoad incorrigibiles expellendos.

SUMMARIUM.

1 *Incorrigibilis poteſt expelli ab ordine.*
2 *Decreta de Apoſtatis ſub* Urbano VIII.
3 *Quis cenſeatur verè incorrigibilis?*
4 *Sententia expulſionis notificatur Ordinario.*
5 *Expulſio eſt extremum remedium.*
6 *Ejecti ſunt perpetuò ſuſpenſi ad exercitio Ordinum.*
7 *Ejecti emendati ad Ordinem recipiuntur.*
8 *Decreta edita ſub* Innocentio XII.
9 *Experimentum incorrigibilitatis reducitur ad ſex Menſes.*
10 *Facultas expellendi extenditur ad Provinciales.*
11 *De Jure Communi, quis ſit verè incorrigibilis:*
12 *Cauſa, cur ſit inducta expulſio;*
13 *Delicta alia nocent ſoli delinquenti, alia etiam cæteris.*
14 *Ad incorrigibilitatem trina requiritur monitio.*
15 *Differentia inter inobedientiam, Contumaciam, & Rebellionem.*
16 *Quis in delicto dicatur contumax?*
17 *Punitio incorrigibilitatem præcedit.*
18 *Carcer formalis deſcribitur.*
19 *Delicta debent moraliter continuari.*
20 *Quis dicatur inſanabilis?*
21 *Tempus Carcerationis ſit continuum.*
22 *Non adeſt obligatio expellendi incorrigibiles.*
23 *Poteſtas expellendi non poteſt à Superiori denegari.*
24 *Patres, de quorum conſilio, & aſſenſu proceditur ad ſententiam, debent eſſe graves.*
25 *Non eligitur dignitas, & gradus.*
26 *Sufficit, quod eligantur per vota totius Definitorii.*
27 *Non eſt neceſſe, ut ſex Patres conveniant.*
28 *Differentia inter requirere conſilium, & conſenſum.*
29 *In caſu pariatis Votorum Provincialis non habet deciſivum.*
30 *Ante ſententiam inſtruitur proceſſus.*
31 *Mens eiiciendi exploranda.*
32 *Proceſſus ſervatur in Archivio Provinciæ.*
33 *Defenſiones dantur expellendo.*
34 *Sententia Reo intimatur.*
35 *Exponitur Clauſula* accedente approbatione Generalis, *adiecta in decreto ſub* Innoc.
36 *Summarium Proceſſus ad Generalem tranſmittendum.*
37 *Formula notificandi ſententiam Ordinario.*
38 *Ejecti ſe præſentant Ordinario, non originis, ſed loci.*

 39 *Lite-*

39 *Literæ teſtimoniales expulſionis.*
40 *Ab Ordinario non examinatur ſententia.*
41 *Pœnæ non recipientium emendatos.*
42 *Per expulſionem expulſi non deſunt eſſe Religioſi.*
43 *Vota ſolemnia ſunt de eſſentia ſtatus Religioſi.*
44 *Ad quæ teneantur expulſi?*
45 *Minimus tenetur ad Vitam Quadrageſimalem.*
46 *Minorita ad Jejunium Feriæ ſextæ.*
47 *Revertentes, non ſtatim reſtituendi ad gradus, & præcedentias.*
48 *Damnati ad Triremes iterum ad Religionem recipiuntur.*

1 Religioſum profeſſum incorrigibilem poſſe ab Ordine expelli habetur *cap. cum ad Monaſterium de ſtat. Monach. lib. 3. tit. 35.* ubi de Monacho proprietario contumaci ſic decernitur: *de Monaſterio expellatur, nec recipiatur ulterius, niſi pœniteat ſecundum Monaſticam diſciplinam*, & *cap. ea quæ eodem tit. Ovem morbidam eiiciant ab ovili, ne inficiat ſanas oves: cap. relatum, ne Clerici, vel Monachi lib. 3. tit. 50., & cap. cum in Eccleſiis de majo:, & Obed. lib. 1. tit. 33.*, & aliis omiſſis, firmant decreta S. C. C. de Regularibus Apoſtatis, & Ejectis, ex facultate ſpeciali Urbani VIII. edita *die 21. Septembr.* 1624. ubi ad hunc effectum in terminis, *§. 6. ſtatuitur*.

2 §. I. [Ad hæc, ut impoſterum è Religionibus nullus legitimè profeſſus eiici poſſit, niſi ſit verè incor-
3 rigibilis; verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi ſolùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex juris communis diſpoſitione requiruntur, ſublatis hac in parte ſtatutis, & Conſtitutionibus cujuſcumque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis: verum, etiam unius Anni ſpatio in jejunio, & pænitentia probetur in carceribus; proinde unaquæque Religio privatos habeat carceres in qualibet ſaltem Provincia.]

§. II. [Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeveraverit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tamquam pecus morbida, ac membrum putre eiici tandem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantùm de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex gravioribus Religionis, eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus (vide inferius Moderatoriam ſub Innoc. XII.) tumq. non niſi inſtructo ſecundum eorum ſtylum, & conſtitutione proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad Sacrorum Canonum præſcriptum.]

§. III. [Sic verò ejecti, quandiù non redierint ad Religionem in habitu Clericali incedant, atque 4
Ordinarii loci juriſdictioni, & obedientiæ ſubſint; proindeque Generalis illicò expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur.]

§. IV.

Digitized by Google

§. IV. Cæterùm S. C. Religionum Superiores ſeriò admonet, ac per Jeſu Chriſti viſcera obteſtatur, ut memores paternæ Charitatis, & Manſuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, ut lucrentur animas fratrum ſuorum, ferè in profundum malorum delapſas, antequam graviſſimum, atque extremum expulſionis remedium experiantur. Idquè eò ma-
5 gis, quod ſubditorum ſanguinem, qui ex malo negligentium, & officii immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus Noſter Jeſus Chriſtus in ſupremo Dei Judicio de eorumdem Prælatorum manibus ſit requiſiturus.

§. V. Præterea ſtatuit, ut iidem Superiores nemini ex Religioſis expulſis literas teſtimoniales concedant, illos ad Sedem Apoſtolicam remittentes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.

§. VI. Item, ut ejecti extra Re-
6 ligionem degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab exercitio Ordinum, ſublata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi.

§. VII. Ac poſtremò cenſuit eſſe innovandam, & Suæ Beatitu-
7 dinis auctoritate innovat conſt. fel. record. Gregor. IX. relatam in cap. fin. de regul. ac præpterea declarat eam Conſt. in iis quoque vendicare ſibi locum, ſervandamque eſſe, qui juſtè, definitèque, ac juris Ordine ſervato expulſi fuerint, dummodò tamen in expulſis hujuſmodi ſubſit ſpes evidens emendationis, ex literis, ſaltem teſtimonialibus, Ordinarii, cujus conſcientiam in ſuis literis concedendis Sac. Cong. ſeriò oneravit.

Quibus ſub die 24. *Julii* 1694. acceſſit decretum moderatorium, & præfatorum reſpectivè innovatorium editum ſub Innoc. XII. tenoris infraſcripti.

Inſtantibus Procuratoribus Ge- 8
neralibus Religioſorum Ordinum pro moderatione Decretorum de Apoſtatis, & ejectis editorum à Sacra Congregatione Concilii, & à ſan. mem. Urbano VIII. Anno 1624. confirmatorum, ut facilior modus Incorrigibiles ejiciendi præſcribatur, Sac. Congregatio à Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio Papa XII. ſuper præmiſſis particulariter deputata, Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Carpinei, Caſanate, Mariſcotti, de Norfolcia, de Lauræa, de Aguirre, & Colloredi, perpenſis eorumdem Procuratorum Generalium votis, ne conſortio morbidarum pecudum cæteræ corrumpantur, & remedia hucuſquem ad ſanitatem oblata, malè affectis officiant magis, quàm proſint, maturo examine, zelo regularis diſciplinæ conſervandæ, cenſuit, ſtatuit, & auctoritate ejuſdem Sanctiſs Domini Noſtri ſibi ſpecialiter attributa, hæc imposterum ſervanda decrevit.

I. Quod firmis, ac in ſuo robore ſemper manentibus prædictis decretis de Apoſtatis, etiam ſecundùm eam partem, ubi agitur de ejectis, & ejiciendis, tanquam Sacris Canonibus, & communiori SS. Patrum menti conformibus, quoad ejectos,

Digitized by Google

eadem ſerventur, quæ in alio ſimili Decreto hac præſenti die emanato de Apoſtatis, & fugitivis ſtatuta ſunt, & indulta; Quoque ad præſcriptam legem ſan. mem. Gregor. IX. in c. final. de regul. annuatim fugitivi requirantur, & reſpectivè cogantur ad Clauſtra reverti.

II. Quod annus integer, qui in prædictis Decretis anni 1624. præſcribitur in pœnitentia, & jejunio
9 ad eiiciendos incorrigibiles, ad ſex tantum menſes continuos impoſterum coarctetur, & reſtringatur.

10 III. Quod facultas Generalibus Ordinum de Conſilio, & aſſenſu ſex ex gravioribus Religioſis in ſingulis Capitulis, & Congregationib. Generalib. ad Cauſas eiiciendorum eligiendis attributa; extendatur etiam ad quoſcumque Provinciales, qui electis pariter in Congr. Provincialib. ſex gravibus è propria Provincia Religioſis, à Generali confirmandis, de illorum conſilio, & aſſenſu cauſas hujuſmodi cognoſcant, & ad effectum eiiciendi incorrigibiles ſuæ Provinciæ, & Ejectionem pronunciandi, accedente approbatione Generalis, definiant, ſalvâ ſemper Sanctæ Sedis, & Sac. Cong. Concilii in caſu recurſus, & appellationis auctoritate.

IV. Quod impoſterum Proceſſus conficiantur juxta Regulas Conſtitutiones, Ordinationes, & ſtylum cujuſque Ordinis, & Religionis, donec alter fuerit à S. Cong. proviſum.

V. At quia nimia ſine delectu facilitas recipiendi quoſcumque Religionis ingreſſum petentes, & à Religione forſan alienos, duram ſatis tractu temporis neceſſitatem parit eoſdem è Clauſtris eiiciendi, nè hujuſmodi ſemina, quæ à principio ad fructum faciendum cadunt in terram bonam, paulatim contaminata inordinatis moribus uſque ad incorrigibilitatem ſuccreſcant in paleas, eadem S. Cong. annuente Sanctiſſimo Domino Noſtro ſub interminatione Divini Judicii, nec non privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac dignitatum, & officiorum obtentorum, cum inhabilitate ad eadem impoſterum obtinenda; quibuſcumque prædictorum ordinum ſuperioribus diſtrictè præcipit, & mandat omnia, & ſingula Decreta ſan.mem. Clemen. VIII. regiſtrata poſt Decretum ſan. memor. Urbani VIII. de Apoſtatis, & ejectis incipien. Regularis, Sanctiſſimus, & Nullus, unà cum aliis ſubſequentibus Decretis, proviſionibus, Ordinationibus, & reſpectivè moderationibus, bis in anno legi, eadem ad unguem ſervari, pœnas in eiſdem contentas innovari, & Capitibus Ordinum intimari, ne hujuſmodi Decretorum tranſgreſſores, qui in lege gloriantur; per prævaricationem legis Deum inhonorent, & ne militiæ Chriſti adſcripti, tam de facili fiant deſertores, ac profugi.] Datum Romæ die 24. Julii 1694.

C. Card. Mariſcottus
Pro-Præfectus.

Igitur, non niſi verè incorrigibilis debet, & poteſt expelli; ille autem dicitur verè incorrigibilis, per Ameno *pract. Crim. tit.* 5. *pœnarum genera* §. 6. *num.* 26., qui deli-

Digitized by Google

deliquit, & ter monitus, & punitus, de facto pænitere non vult; velut notat Paſqualigo *ad Lauret. de Franchis part.* 1. *numer.* 1058. is eſt, in quo concurrunt requiſita de jure communi ad incorrigibilitatem, & inſuper de jure novo per ſex Menſes, juxta modificationem ſub Inn. factam, probatur in carceribus, in jejuniis, & pænitentiis, quibus elapſis, adhùc perſeverat in ſua contumacia, nec corrigitur.

11 De jure autem communi, ut quis ſit verè incorrigibilis ad effectum expulſionis plura exiguntur.

Primò, ut commiſerit aliquod grave delictum: proprietatis, ſcilicet, furti, homicidii, aut ſimilis, ut colligitur ex alleg. *capit. cum ad Monaſt.*, & *cap. cum non ab homine de judiciis lib.* 2. *tit.* 1.

Secundò, ut de delicto legitimè conſtet, vel per ipſius confeſſionem, aut per teſtium probationes ſit convictus, ut ex dicto *cap. cum non ab homine*, & *cap. ut famæ de ſent. excom. lib.* 5. *tit.* 39.

Tertiò, ut condemnatus ſit, & de delicto punitus, ut ex iiſdem Textibus, & adducto *cap. fin. de ſtatu Monachorum* deſumitur.

Quartò, ut pluries gravitèr deliquerit, convictus, & condemnatus fuerit pro ſingulis exceſſibus, ut allegati Textus exprimunt. Etenim, ut tradit Paſqualigo, qui ſemel deliquit, non poteſt dici contumax, nec in delictis perſeverans.

Quintò, ut delicta ſint ſic qualificata gravitate, ut in Religionis dedecus, in ſcandalum populi, & fratrum ignominiam cedant; ac in aliis perverſionis ex eis timeatur periculum: ad quod facit D. Bonaventuræ doctrina *quæſt.* 14. *ſuper Regul. S. Franciſci apud Mirandam Man. to.* 1. *qu.* 52. *art.* 2. ſic ad dubium: [an liceat eiicere ab Ordine aliquem Fratrem pro ſuis exceſſibus, reſpondentis; at ubi exceſſus ejus ſimul fuerint graves, & notorii, ità quod alii ejus exemplo infici poſſint, ſi retineatur in Ordine, & extranei etiam ſcandalizentur, ex eo quod hujuſmodi ſuſtinetur: in tali caſu propter auferendum ſcandalum, & propter corruptionem Ordinis præcavendam, ejuſmodi Frater voti, & pacti ſui prævaricator, ab Ordine eiiciendus eſt. Et Textus in *cap. reſecandæ* 24. *qu.* 3. 12
ubi diſponitur: reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ovis à caulis repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant. Arius in Alexandria una ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum Orbem ejus flamma populata eſt.] Et probatur ex cauſa finali, ob quam inducta eſt expulſio, quæ fuit liberare Religionem à periculo corruptelæ, quod ſibi imminet ex talium perverſorum conſortio. lege Engel. *colleg. jur. Can. lib.* 3. *tit.* 31. §. 4. *num.* 56.

Ideò, ut quis incorrigibilis, ac ad effectum expulſionis dicatur, debet ea committere delicta, quæ poſſunt in cæteris Religioſis perverſionem cauſare: aut ſolent, infamia, vel alio notabili damno Religioni nocere; verùm cum expulſio ab Ordine ſit omnium pænarum Regula-

rium

Digitized by Google

rium extremum, & culpa gravis eſſe debet, ut proportionentur, & exequenda juſtis, rationabilibus, & non niſi urgentibus cauſis, ne Regularis injuſtè uſu privetur juris, quod profeſſione acquiſivit ad convivendum cum cæteris intra Clauſtra.

Ad quem effectum ſciant Superiores alia eſſe delicta, quæ ſoli de-
13 linquenti nocent, nec tàm facilè poſſunt alios corrumpere: cujus generis cenſentur ebrietas, blaſphemia, notabilis ad Chorum negligentia, proprietas, & ſimilia, & per accidens eſt, quod aliis ſint nociva, cùm ſint vitia non tam facilè propagabilia; & alia, quæ directè non uni tantùm nocent, ſed pluribus etiam aliis: inter quæ numerantur hæreſis, falſa doctrina, homicidium, furtum, ludus, fornicatio, adulterium, ſtuprum, inceſtus, raptus, ſodomia, apoſtaſia, & cætera, quę, vel comitem volunt, vel, niſi cum liquido pacis, proximi, & Religionis damno vix perfici ſolent; ideo Superiores delictorum circumſtantias temporis, loci, perſonarum, modi, publicitatis, & delinquentis inſpicere debent, & ſi viderint eſſe modis præ allegatis qualificata incorrigibilitatis judicium formare poterunt.

Ad incorrigibilitatem trina exi-
14 gitur monitio, & colligitur *cap. ea quæ de ſtat. Monach.* Nam ibi Honorius III. vult eos, *quos contumaces, & rebelles invenerint, debere per Prælatos expelli*.

Differunt inobedientia, contu-
15 macia, & rebellio: *inobedientia* eſt ſtudioſa voluntas non faciendi, id, quod juſtè à Superiore, ut Prælato, præcipitur; *Contumacia* verò eſt voluntaria inobedientia, qua quis præceptum, aut monitionem judicis implere contemnit; & tandem *rebellio* eſt doloſa voluntas, expreſſa factis ſubditi, reſiſtentis mandatis Principis contra ipſius honorem, & fidelitatem. Inobediens, & contumax peccant, omittendo, hoc eſt, non adimplendo, quod præcipitur à Superiore, ut Prælato, vel Judice; rebellis verò non eſt contentus contemnere mandatum Superioris, ſed factis reſiſtit, ſe armando, milites conſcribendo, ſocios quærendo, ſeditiones, & conventicula excitando, & ſimilia, ad inducendos alios ad reſiſtendum. Denique inobedientia reſpicit Superiorem, ut Patrem; contumacia, ut Judicem; rebellio autem, ut habentem juriſdictionem.

In delicto contumax quis, per 16
Ameno *cit.* probatur, ſi ter monitus, non corrigitur, vel ut expreſſius Sannig. *Schola Can. lib. 3. Decretalium tit. 14. de dolo, & contumacia c. 3. nu. 2.* & Calvinus *Lexicon juridicum* ille dicitur, qui tribus edictis propoſitis, aut uno peremptorio pro tribus, evocatus, & nulla juſta cauſa præpeditus, coram judice comparere contemnit; tunc enim concluditur in malo obfirmatus, ſpernens vim monititionis, quæ adhibetur, ut à peccatis deſiſtat.

Præter adductum Monitionum numerum debet præcedere incorrigibilitatem trina delictorum, vel ejuſdem, vel diverſi generis juſta, 17
& juridica punitio; Etenim debet

Su-

Digitized by Google

Superior omnia adhibere media, ut ad bonam frugem ſubditum reducat, & à malo ipſum retrahat. Sic autem non procedit, ſi debitis pœnis, & juſta ſe veritate ipſum punire, & coercere omittat; nam ſæpè cum obfirmatis in malum experimur ad id inefficaces exhortationes, preces, verbales, ac paternales correctiones; ideò ad validiora media eſt recurrendum; quod ſanè eſt ad ſenſum decreti enunciati, cum velit, ut Superiores, *nihil intentatum relinquant, ut lucrentur animas Fratrum ſuorum in profundum ferè ma lorum delapſas, antequàm graviſſimum, atque extremum expulſionis remedium experiantur*. Unde ſi admonitionibus reſiſtant, & repetitis charitatis officiis non reſpondeant, trina ſequatur judicialis punitio; quod ſi item iſtis in melius non mutentur, ſed obſtinata cervice in ſua perſeverent malitia, poterunt rigorosè dici contumaces, & Rebelles, & ſic incorrigibiles, cùm Superior omnem moverit manum ad eos emendandos; & ex hoc concluditur apud Ameno, trinam monitionem, & punitionem de jure novo eſſe de incorrigibilitatis ſubſtantia.

Verùm, illis etiam omnibus præmiſſis, non habetur incorrigibilitas completè, ſed ſolum initiativè probata, cum perfectè ex al-
18 legato decreto non concludatur, niſi per ſemeſtrem carcerationem in jejunio, & pœnitentia.

Carcer debet eſſe formalis: locus nimirum ſeris, & vectibus munitus, ex quo liberum egredi carcerato non ſit; & ad formam ſecundi decreti decerni debet à Provinciali de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ad cauſas ejectionis electorum: nam ibi Sac. Congreg. concedit Provincialibus, vt de conſilio, & ipſorum aſſenſu cauſas eiciendorum cognoſcant, & ad carceres poſt trinam delictorum patrationem, & per ſententiam punitionem, detruſionem, ad hujuſmodi cauſas ſpectare non eſt dubium.

Jejunium debet eſſe coram fratribus, quia cum ſimus in caſu de adhibendo extremo remedio ad procurandam delinquentis converſionem, omni rigore juris eſt procedendum, & nihil intentatum, juxta Decretum debet omitti ad ipſum lucrandum; ad quod utilis eſſe poteſt confuſio, & rubor, quem ex afflictivis pœnis ſubire cogitur; & poteſt adhiberi, vel ſimplex, vel in pane, & aqua ad præſcriptum ſtatutorum Religionum reſpectivè, taxantium modum obſervandum cum formalitèr carceratis. Apud Minores de Obſervantia ſecundi generis debet eſſe, quia apud eos carcer formalis importat locum obſeratum ſine caputio, & corda, & jejunium ſingulis ſextis feriis in pane, & aqua, ſimul cum flagellatione in publico refectorio, Stat. Gen. *cap.* 5. §. 6. *numer.* 15. & adhibitum ſemel in hebdomada videtur ſufficere, cùm decretum non jejuniis, ſed in ſingulari jejunium exprimat.

Ut autem, quis poſſit carcera- 19
ri ad incorrigibilibatem probandam, oportet, ut delicta continuentur

Digitized by Google

tur moralitèr, & eumdem in malo obfirmatum oſtendant; quæ continuari colligitur ex brevitate temporis, intra quod commiſſa ſunt; Undè de eo, qui committit delictum, de quo punitur, ſi poſt paucos menſes in gravem alium exceſſum ſua malitia ruat, dicitur continuare delicta, per continuationem pravæ voluntatis ipſius, quæ ex ſequentibus malis actibus manifeſtatur. Alitèr diſcurritur de eo, qui poſt ſingula delicta commiſſa, laudabiliter, ſaltem per tres annos, vivit, & pravam voluntatem per actus pœnitentiæ, & emendationis ad illud tempus interrumpit; tunc enim, ut dixit Ameno alios DD. cumulans, de eo emendatio vera præſumitur. Et facit Gloſsa ad Regulam 8. juris in 6. *Semel malus ſemper præſumitur malus*, per ea: *quod qui fuit malus in aliquo actu, & tandem ſe maximè correxit, & fuit bonus, in fine illius actus, præſumitur bonus*. Et confirmat exemplum, quod inſanabilis non dicitur infirmus, qui ſanatus ab una infirmitate, poſtquam ſanus vixit per tres, vel quatuor annos, in aliam, & ſimiliter poſt novam ſanitatem, in aliam infirmitatem decidit, aliàs
20 ferè quilibet inſanabilis diceretur; ſed ille, ex cujus temperamento ſic infirmitates procedunt, ut in ſingulis inutilia experiantur remedia.

Ad dubium, an poſtquam pœnitentiam compleverit de tertio delicto, poſſit defacto, nullo novo patrato, incarcerari ad probandam incorrigibilitatem; an verò ad eum effectum ſit expectandum quartum. Reſpondit Ameno contra Sanctoro novum non eſſe expectandum, ſed tribus delictis commiſſis, & punitis poſſe ſemeſtrem carcerationem ad completam probationem decerni, & legitimum ponitur incorrigibilitatis experimentum.

Tempus carcerationis à Sacra Congreg. taxatum debet eſſe continuum, & completum, ut die 21. *Junii* 1653. declaravit Sac. Cong. 21
Concilii ad dubia propoſita à Procuratore Ord. S. Mariæ de Mercede apud Ameno *ſub numer.* 40. & Paſqualigo *num.* 1083. Et ad I. reſpondit. *Regulares delinquentes uti incorrigibiles eiici non poſſe à Religione anno carcerationis nondum completo*. Ad II. *non ſufficere annum carcerationis interpollatè expletum, ſed requiri ſpatium unius anni continuum, & integrum*, & idem cenſendum de carceratione ad ſex menſes ſub Innocentio reducta.

Ideo, ſi è carceribus intra tempus præfixum aufugiat, nequit incorrigibilis declarari, & expelli, quia continua carceratio ad ſex menſes eſt, ex allegato decreto, de ſubſtantia probationis incorrigibilitatis, qua non ſervata, corruit actus; ſicut non ſubſiſtit profeſſio, ſi non præmittatur integer probationis annus: & in ſimilibus caſibus recurrendum ad Sac. Cong.

An verò completo tempore carcerationis ſit ſtatim de carcere educendus? cum diſtinctione reſpondetur. Vel in carcere vera emendationis ſigna exhibuit, vel dura cervice ſe oſtendit: In primo caſu liberandus eſt ſtatim; nec eſt liberum

rum

Digitized by Google

rum Superiori excedere tempus à
22 Sac. Cong. taxatum. In ſecundo ad id Superior non tenetur, ſed eſt in ipſius poteſtate, vel in carcere eum detinere, vel ad expulſionem procedere; & ratio habetur ex tenore decreti diſponentis, quòd poſſint *eiici*, quibus ſignificatur facultas, & non obligatio expellendi.

Facultas expellendi incorrigibiles in priori decreto ſolis Generalibus data, conſulentibus, & aſſentientibus ſex ex gravioribus Patribus, eligendis in ſingulis capitulis, vel congregationibus Generalibus, in altero extenditur ad Provinciales, accedente approbatione Generalis.

Et licèt in decreto exprimatur Generalis, & apud Min. de Obſerv. id videatur debere intelligi de Miniſtro, privativè quo ad alios, nihilominus approbatio poteſt dari, etiam à Vicario Generali, electo in vacantia Generalatus, qui in Ordine eſt ſupremus, habens ordinariam poteſtatem, quam obtinet Generalis; & à Commiſſario electo ſecundùm Bullam unionis, pro ſua reſpectivè familia, cujus auctoritas, & juriſdictio eſt in ea ordinaria, & pleniſſima, ad ſenſum allegat. Bullæ ſub Leone X., & ea poteſt in ſua familia, quæ Generalis in toto Ordine, ut notat Miranda *tom. 2. quæſt.* 11. *art.* 2. & Ameno *cit. tit. pœnarum quæſt.* 26. *num.* 125.

Verùm expellendi poteſtas non poteſt alteri à Superiore delegari, ex reſponſo ſpecificè ab alleg. Sac. Congreg. dato ad tertium dubium,
23 dum cenſuit; *Generalem Ordinis non poſſe delegare facultatem eiiciendi à Religione Provincialibus pro eorum Provinciis* (hodie ex altero decreto Provincialibus convenit) *ſeù Commiſſariis, vel Vicariis Generalibus*; Et ideò in Ord. Min. de Obſerv. non eſt in poteſtate Miniſtri Generalis eam delegare Commiſſariis Generalibus, quibus alicujus Nationis Provinciæ regendæ conceduntur, nec Vicario Generali ab eodem Miniſtro relicto ad Gubernium familiæ, cum ipſe ad aliam tranſit: quidquid ſcripſerit Ameno *num. alleg.*

Patres, ex decretorum vi eligen- 24
di, debent eſſe ex gravioribus Provinciæ: & in caſu, graves non ſunt Diſinitores, Cuſtodes, & ex Miniſtri, & cæteri graduati, ex præcisè titulo graduationis, quia his pluribus ſæpè requiſita deſunt, ut ſint Aſſeſſores, & Conſiliarii in re magni ponderis, & momenti, ut eſt ejectiores: ſed Doctiores in Sacris Canonibus, ſtatutis, & re criminali; ideò non eligenda dignitas, 25
Officium, vel gradus, ſed nominatim determinata perſona, doctrina, & prudentia ſingularis.

Primum Decretum diſpoſuit debere eligi in ſingulis Capitulis Generalibus, vel Congregationibus; quibus ſignificatur, quod in unoquoque Capitulo facienda ſit nova electio: Verùm electi in uno, poſſunt in ſubſequenti reeligi; quod ex identitate rationis ſervari debet in electionibus juxta extenſionem alteriùs Decreti faciendis in Congregationibus, (Capitulis nimirum Provincialibus) quæ ſub eo

Con-

Digitized by Google

Congregationis vocabulo comprehenduntur; nam illud non reſtringitur ad ſignificandas eas Congregationes, quæ apud aliquos, & non omnes, tempore inter unum, & aliud capitulum intermedio, celebrantur; ut eſt praxis in Ordin. Minor. Obſerv. cum Sac. Congreg. mens fuerit diſpoſitionem univerſalem apponere; imò, ſi ſecundum nomen eſſet judicandum, in Capituli Provincialibus, quæ apud omnes ſunt in uſu, electio allegata eſſet interdicta, quod eſt in veriſimili.

Non eſt neceſſe, quod eligantur per vota totius Capituli, ſed (& ad majorem facilitatem neceſſarium) ſat eſt per vota totius Definitorii, tempore Capituli Provincialis; &
26 de ſic electis ſalvatur, quod eligantur, & non aſſumantur ad arbitrium Superioris, & eligantur in Capitulis Provincialibus.

Ut Provincialis poſſit ſententiam diffinitivam ſuper expulſione pronunciare, non eſt neceſſe, quod ſingula ſex Patrum vota conveniant, & concordent; ſed ſufficit, ut
27 Major pars conſentiat, ut in terminis ad ſeptimum Sac. Congreg. cit. reſpondit, ut infra: *ſententiam ejectionis à Religione fieri debere, ſaltem de voto majoris partis ſex Patrum electorum*: hinc in caſu, quod vota ſint paria; & tres pro expulſione judicent, & alii tres diſſentiant, nequit definitivè procedi.

Quod ſignificaverunt decreta per dictiones, *de conſilio, & aſſenſu*, quæ ſatis differunt: ſicuti manifeſta
28 eſt differentia inter *requirere conſilium, & requirere conſenſum Capituli;* nam quando requiritur tantùm *Conſilium*, tunc ſola conſultatio cum Capitularibus ſufficit, & Prælatus eorum opinionem non tenetur ſequi *cap. cum olim de arbitris lib. primo tit.* 43. ubi Gloſs. ſcribit, quod *quis tenetur requirere Conſilium alterius; ſed non tenetur illud ſequi;* quia ex conſilio nulla naſcitur obligatio Calvinus *Lexicon Juridicum*. Nec dicendum fruſtraneam eſſe conſultationem, ſi eam Prælatus non tenetur ſequi, quia inſerviet, ut Prælatus meliùs, & non præcipitanter deliberet, & reſolvat: Engel. *Colleg. Jur. Can. lib.* 3. *tit.* 10. Cum verò requiritur conſenſus, tenetur Prælatus ſequi id, quod major pars Capitularium conſulerit: Engel. *ibidem*, & Sannig. *eodem lib. & tit. ſchola Can. c. primo, & toto tit.* 10. ſub nullitate actus *cap. tua*.

Nec in caſu paritatis votorum poterit Provincialis in Ordine Minorum de Obſervantia votum deciſum prætendere vigore Conſt. Urb. VIII. *Religioſos viros: Bull.* 29
Cher. tit. 5. etenim in ea Pontifex reſtringitur, ut Præſides votum deciſivum obtineat in electionibus Pro. Miniſtrorum Provincialium, Cuſtodum, & Guardianorum, quæ ad expulſionem extendi nequit, cum hæc ab electione maximè diſtet; neque ex Decreto S. C. Epiſ. & Regul. ſub die 13. *Martii* 1653. relato *cap. Offic. quoad electionem num.* 32. concedentis *Miniſtris Provincialibus, abſente Præſide, votum deciſivum in paritate votorum*,

*totum, tam in electionibus facien-
dis, quàm in negotiis decidendis;*
nam Sac. Cong. ibi loquitur de ele-
ctionibus faciendis, & negotiis de-
cidendis per definitoria Provincialia;
cujus generis non eſt illud expulſio-
nis, ſuper quo Definitores, qua ta-
les, votum non habent.

Nunquam poteſt Superior, ſu-
per expulſione definitivè pronuncia-
re, niſi priùs inſtructo proceſſu, &
plenè probatis cauſis expulſionis ad
30 Sacrorum Canonum præſcriptum;
hoc eſt, niſi judici ſic appareant,
ut nullus relinquatur locus opinio-
ni, ſuſpicioni, aut dubietati: ſed
certò cognoſcat eas ſubſiſtere, quod
eſt eas plenè probare ex Ameno *tit.*
8. §. 4. *num.* 31. nec ſufficit ipſarum
ſemiplena probatio, per quam ali-
qua fides judici fit, quod crimen ſit
commiſſum, ſed non tanta, ut ipſe
teneatur, vel poſſit eam ſequi in
ſententia ferenda.

Sic crederem non ſubſiſtere illud
ejuſdem *tit. cit. pœnarum genera* §.
6. *num.* 30. ſcribentis, neceſſarium
non eſſe, quod de tribus delictis ju-
ridicè, & per ſententiam, ſed ſuf-
ficere, ſi via paternali expellendus
fuerit punitus; nam quomodo tunc
cauſæ expulſionis dici poſſent plenè
probatæ, ut nullus remaneat du-
bitationis locus, niſi juridicè proce-
datur?

Proceſſus expulſionis non debet
abſolvi, niſi completo tempore car-
cerationis, & tunc adnotari, qua-
tenus conſtet Religioſum in ſua eſ-
ſe pertinacia obfirmatum; nam ex-
pelli non poteſt, niſi plenè proben-
tur cauſæ expulſionis: adeoque in-
corrigibilitas, quæ non probatur
concludenter, & adæquatè, niſi
experimento ſemeſtris carcerationis
in jejunio, & pænitentia, adhibitis
etiam gravibus Patribus à Provin-
ciali ſub finem ſex menſium miſſis
ad carcerem ad explorandum ſen- 31
ſum, & mentem Religioſi, ipſum-
que admonendum, ut ad cor re-
deat, ſe corrigat, & ſuæ vocatio-
ni reſpondeat. Quod ſi hæc cha-
ritatis Officia contempſerit, & nihil
correptus appareat, ac verbis iracun-
dis, blaſphemis, elatis, de Deo, Re-
ligione, & Superioribus obloquatur
obduratus, & incorreptus judican-
dus. De quibus, ut juridicè conſtet,
præfatis Patribus debent duo ſupe-
raddi teſtes, qui omnes fideliter, &
juridicè referant Provinciali, quid-
quid dixerit, quidve reſponderit;
& in proceſſu adnotetur.

Quod ſi emendatum ſe oſtendat,
expleto tempore eſt è carcere edu-
cendus, & proceſſus in Archivio
Provinciæ conſervandus, ad hoc,
ut, ſi denuo, triennio non exacto,
in propoſito bene vivendi, & exhi-
bitione promiſſæ correctionis, de-
liquerit, poſſit in expulſionis cauſa
ad ulteriora procedi; quod ſi inte-
gro triennio emendationi promiſ-
ſæ veris religioſis operibus correſ-
ponderit, proceſſus comburatur.

Et notandum, quod cum ſtat.
Min. de Obſerv. *cap.* 12. §. 23. *num.*
4. diſponunt non poſſe proceſſus in
Archivio Provinciæ aſſervari ultra
ſex menſes, intelligitur, quando eſt
concluſum in cauſa, & res tranſiit
in judicatum: nam ſic habent: *ſe-
meſtre ſemper incipere intelligatur*

poſt

Digitized by Google

poſt concluſam, & terminatam cauſam, pœnæque inflictæ executionem per ſententiam definitivam, ſeù decretum, & hoc pacto perpetuum in illa cauſa ſilentium imponatur; Non eſt autem concluſa cauſa expulſionis per hoc, quod proceſſus inceptus eſt, niſi per ſententiam terminetur, & ibi videas *num.*5. præcipere, ut in Archivio Provinciæ aſſerventur ſententiæ per extenſum à Patribus definitoribus ſubſcriptæ, & in libro ad hoc parato adnotatæ (cui ita credendum eſt, ſicut libris matriculatis mercatorum ex Ameno *cit. quæſt.* 7. *num.*142.) ut teſtimonium authenticum expulſionis, & trinæ punitionis delictorum poſſit haberi.

Si ex novo delicto poſt excarcerationem, vel, per expreſſa coram illis Patribus cum teſtibus ad carceres miſſis, ſe incorrigibilem prodiderit, eſt ei à Provinciali exhibenda actorum copia, ut in cæteris cauſis practicatur: Advocatus aſſignandus, cum congruis terminis ad defenſiones: fabricato deindè defenſivo proceſſu, & defenſionibus præſentatis, debent Patres electi eas, & cauſas expulſionis diligentiſſimè conſiderare, merita cauſæ diſcutere, defenſiones librare, & in dubiis, ſi opus ſit, doctiores, & juris peritos conſulere, & tandem votum ſuum ſcripto mandare. Tunc Provincialis viſis, & examinatis proceſſu contra reum fabricato, defenſionibus, & ſex Patrum Votis, ſi expellendum judicaverit, poterit ad ſententiam procedere.

Et hæc lata debet Reo in carceribus intimari; vel ſi fortè aufugerit 34
ad valvas Refectorii affigi, (ut fit cum aliquis citatur per modum abſentis) ſi Reus intra debitum tempus ad S. Sedem, & S. Congreg. appellet, (ad quam ex ſecundo Decreto recurrere poteſt) ad eam devolvitur cauſa; Reo interim in carceribus perſiſtente: ſi verò non appellet, debet tranſacto tempore appellationis ab intimata ſententia, decem nimirum diebus, è carcere educi, & coram tota communitate corona Clericali (ſi fuerit Clericus, vel Sacerdos) privari, & per ſuperiorem forma habitus exui, & confuſibiliter à Refectorio in alium locum eiici, ubi ſint parata veſtimenta Clericalia, ejus ſtatui convenientia. Formula concipiendæ ſen-tentiæ, & modus fabricandi proceſſum traditur ab Ameno *in formul. crim.* 2. *part. practicæ ſect.*10.

At dubitatur, quid importet clauſula ſecundi decreti, *accedente approbatione Generalis, definiant*: An nimirum approbari à 35
Generali debeat ſententia? an approbare debeat Provincialem poſſe ſententiare? & crederem ſenſum eſſe, quod Provincialis ad definiendum procedere non poſſit, niſi Generalis priùs declaret ſuper eo poſſe definitivè procedere; approbare enim in caſu reſtringi videtur ad declarandum, & teſtificandum Reum eſſe expulſione dignum; nam cùm præmittatur verbo *definiant*, colligitur eam declarationem debere ſententiam præcedere, non ſequi; alioquin non Provincialis, ſed Gene-

ralis

ralis ſuper eo definiret contra Textum Decreti.

36 Ut autem id teſtificari, & declarare poſſit, debent ad eum Vota ſex Patrum cum ſummario proceſſus, & defenſionum notitia tranſmitti.

Expulſionis ſententia, ut ex primo Decreto patet, à Superiore eſt notificanda Ordinario. Formula, ſecundum quam eſt ſignificanda, datur per extenſum à Peyrino *formul. Prælat. regul. lit. E. cap.* 39. & nos hic ferè ſimilem adnotamus.

37 [Frater N. Provincialis Provinciæ N. Ordinis S. N. Illuſtriſs. & Reverendiſ. Dominô Epiſcopo N. ſalutem in Domino. Illuſtriſſimæ Dominationi veſtræ notum ſit, quatenus nos ad Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum formam, ac Decretorum SS. CC. de Apoſtatis, & Ejectis ſub die 21. *Septembris* 1624., & die 24. *Julii* 1694 reſpectivè emanatorum, procedentes; per noſtram definitivam ſententiam, quam in ſcriptis tulimus, hoc anno 1701. ſub die 23. *Octobris* à Noſtra Religione, tanquam incorrigibilem, P. F. N. de N. Religionis prefatæ expreſsè profeſſum, & ad Sacrum Præsbyteratus Ordinem promotum] (ſi fuerit Sacerdos, & ſi fuerit Clericus exprimatur Ordo, & ſi Laicus id notetur) [dimiſimus, & ejecimus, habitu Religionis nudatum, quod Illuſtriſſimæ Veſtræ Dominationi ſignificandum eſſe cenſuimus, ut & nos Apoſtolicis obtemperemus mandatis, & pecoris ſui vultum poſſit dominatio Veſtra cognoſcere, eaque etiam circa præfatum N. exequi valeat, quæ in Decreto allegato anni 1624. peragenda juſſit S. C. C. Et Dominus ſit Dominationi Veſtrę propitius. In quorum fidem &c.]

Undè Ejecti ſe præſentare debent Ordinario, ut eorum legitimo Superiori, non originis, ſed loci, ut §. 3. primi Decreti expreſsè diſponitur, cujus juriſdictioni, & obedientiæ ſubduntur; ex quo ſequitur, quod ſine ejus licentia non poſſit mutare domicilium. 38

Si à Superiore literas teſtimoniales expulſionis requirant, poterint eis dari ſub his terminis.

[Frater N. &c. omnibus præſentes literas inſpecturis pariter, ac lecturis pacem veram, & ſalutem in Domino: noverint qualiter juſtis de cauſis animum noſtrum moventibus, conſiderantes cauſam, & cauſas, de quibus in proceſſu per nos anno Domini 1701. à die 23. *Octobris* contra P. F. N.] (exprimatur qualitas, vel Sacerdotii, Clericatus, vel Laicatus) [Noſtræ Provinciæ N. Ordinis S. N. expreſsè profeſſum, in ſæculo nominatum N. de N. de conſilio, & aſſenſu eorum, ad quos ſpectat ad præſcriptum Decretorum de Apoſtatis, & Ejectis de Anno 1624. ſub die 21. *Septembris* & 1694. à die 24. *Julii*, fabricato, maximo animi noſtri mærore, ac neceſſitate ferè compulſi, omnibus de jure requiſitis tentatis, & juris Ordine ſervato peractis, prædictum N. à Noſtra Religione expulimus, ac habitu Religioſo nudatum dimiſimus, expulſumque, & dimiſſum, his literis declaramus; In quorum fidem præſentes literas juſſu 39

noſtro conſcriptas, ſigilloque Provinciæ munitas, prætacto N. pro ſuæ conſcientiæ ſecuritate tradidimus, & conceſſimus. Datum Romæ, die Anno &c.]

Fr. N. Miniſter Provincialis.

Quarum exhibitione poſſunt ſe tueri à moleſtia Judicis Laici, oſtendendo ſe ſubditos Epiſcopo.

An autem poſſit Ordinarius ſententiam expulſionis examinare, & inquirere an Regularis ſit juſtè, vel injuſtè ejectus? Negativè reſpondetur cum Donato *prax. Regul. tom.* 2. *tr.* 8. *de eject. quæſt.* 55. *n.* 3. Paſqualigo *ad Lauretum de Franchis p.* 1. *n.* 974. Amen. *cit. quæſt.* 2. *tit. pœnarum gen. nu.* 160. & ratio eſt evidens; ſiquidem recognoſcere cauſam ab alio Judice actitatam eſt actus Juriſdictionis, & ſuperioritatis: & potens eam recognoſcere, eamdem poteſt corrigere, retractare, aut confirmare: *arg. ex cap. ſent.* 35. *quæſt.* 9. Gloſ. *ad cap. Nemini* 17. *quæſt.* 41. Ordinarius autem juriſdictionem non habet ſupra Regulares, cum ſint ab ipſo exempti *c. nimis prava de exceſſibus Prælat. lib.* 5. *tit.* 31. *& cap. ne aliquis de privileg. in* 6. *lib.* 5. *tit.* 7. & referunt particularia Religionum privilegia: ut in mari magno Prædicatorum, Minorum, & Carmelitarum, cæterorumque pleniùs exprimitur. Et facit Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de ref.* per ea: *ſed exempti omninò ſint, & eſſe intelligitur*: *vid. cap. off. quoad exemptionem*; ubi plura dedimus: probantes contrà ipſos non poſſe procedere, niſi eis expreſsè concedatur; & quo ad hoc ſpecificus textus non habetur: imò videtur decretum reſiſtere, dum limitatè procedens diſponit ſententiam eſſe dumtaxat *ordinario notificandam*.

Notabis expulſos obligari ad ſe corrigendum, & diſponendum; ut iterum ad Religionem recipiantur, prout cum aliis tenent Paſqualigo *num.* 1014., & Miranda *cit. art.* 3. non enim cenſentur expulſi in perpetuum, ſed donec corrigantur ex Roderico *reſolut.* 57. *ver. de ejectis nu.* 6. Ideò Superior debet eos ſingulis annis ſolicitè requirere, ut omnes DD. tradunt, & habetur expreſsè *cap. ne Religioſi de Regular. tranſ. lib.* 3. *tit.* 31. ubi Greg. IX. *ſtatuimus*, inquit, *ut Præſidentes Capitulis celebrandis, ſecundum ſtatutum Concilii Generalis, ſeù Patres Abbates, ſeù Priores fugitivos ſuos, & ejectos de Ordine ſuo requirant ſolicitè annuatim*; quod innovarunt allegata decreta: eoſque recipere ad Religionem tenentur; dummodò, ut loquitur primum, *in expulſis hujuſmodi ſubſit ſpes evidens emendationis ex literis, ſaltem teſtimonialibus Ordinarii*.

Hinc ſi Superiori, vel per Ordinarii literas, vel aliundè conſtet ejectum eſſe emendatum, debet ad Religionem recipere ſub pœna pec- 41
cati mortalis ex Peyrin. *in formul. cit. quæſt.* 39. *num.* 7. & in Decreto ſub Urb. VIII. additur *illa, ipſo facto incurrenda, privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vociſque activæ, & paſſivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa impoſterum*

obtinenda, pœnaque bujuſmodi ſit Sanctitati Suæ, ac Sedi Apoſtolicæ reſervata. Cum quibus non eſt à Superioribus duriter agendum.

Dum ad Religionem redeunt, non tenentur de novo profeſſionem emittere; ſiquidem per expulſionem non liberantur ab obligatione, quam profeſſione legitima contraxerunt; hæc enim eſt perſonaliſſima, & ſequitur ex Tambur. *tom.* 3. *de jure Abb. diſput.* 8. *quæſt.* 8. perſonam, ubicumque exiſtat; ſed ea privantur ſolummodò communione vitæ Religioſæ, & bonis omnibus ſpiritualibus Religionis, quorum Religioſi ſunt participes, & cohabitatione cum cæteris intra Clauſtra; & quemadmodum Mulier
42 non deſinit eſſe Uxor, etiam Thori ſeparatione ſequuta; ſic expulſi per expulſionem Religioſi omninò eſſe non deſinunt, nec deobligantur ab obſervantia ſubſtantiali Votorum eſſentialium, ex obſervatis à Doctoribus, Miranda *art.* 5. Tambur. *quæſt.* 8. *num.* 5. Roderico *num.* 6., & Engel. *cit. num.* 56. Etenim Prælati Regulares nequeunt ſuos ſubditos liberare à vinculo Votorum ſolemnium, quæ ſunt de eſſentia ſtatus Religioſi, & Regulæ Mona-
43 chali annexa, ut dicitur *cap. cum ad Monaſterium de ſtatu Monach.* in fine, & tradunt Paſqualigo *numer.* 971., & Peyrin. *tom.* 1. *de ſubdito quæſt.* 1. *cap.* 25. §. 1. Omnes conveniunt teneri ad votum caſtitatis: adeòque ad alia obedientiæ, & paupertatis, cum de his eadem ſit ratio;
44 ſunt enim æquè ſolemnia, ac Religioni eſsentialia. Votum obedientiæ per Lezana *Sum. tom.* 1. *cap.* 23. *nu.* 12., & Engel. *ibid.* remanet virtualiter, quantum ad hoc, quod teneantur obedire Superioribus, ſi eos velint ad Religionem revocare; Obedire debent Epiſcopo, ſicut cæteri Præsbyteri; licèt non ex vi voti; & paupertatem ſervare eo modo, quo ſtatus, in quo reperiuntur, compatitur. Obligantur ex Peyrino *cit. dico* 5., & Miranda ad recitandas horas Canonicas, quod Roderico *cit.* extendit etiam ad ſacris non initiatos: quia nemo ex ſuo delicto debet commodum reportare, & nulli ſua culpa patrocinari.

Univerſaliter ex Regula apud Roderico obſtricti remanent ad omnia, ad quæ tenentur ex præcepto Regulæ obligante ad mortale, & commodè extra Clauſtra obſervari poſſunt; propter quòd Minimus 45
ejectus ad vitam quadrageſimalem apud *cit.* Peyrin. *dico quarto*: Et Minorita ex Roderico tenetur ad 46
jejunium feriæ ſextæ, & Adventus: quod ſanè tutiùs eſt: ſecùs dicendum de iis, quæ ſic commodè obſervari nequeunt, & ſunt de pertinentibus merè ad obſervantias Regulares intra Clauſtra, uti ſunt ſilentium, Vigiliæ, & cætera hujuſmodi, qua diſtinctione Doctores inter ſe pugnantes ad unionem vocantur. Optimè ideò erit eos monere, non eſſe à Votis ſolutos, & à præfatis diſpenſatos.

An autem redeuntes ſint reſtituendi ad eoſdem gradus, honores, prærogativas, & præcedentias? ſtandum eſt ſtatutis, & conſtitutionibus uniuſcujuſque Religionis, & juxta

47 præſcripta procedendum; & quatenus nihil ſuper hoc diſponerent, rationabiliùs videtur, ut in pœnam ejectionis, & ad aliorum exemplum ſtatim non reſtituantur; ſed expectetur, ut eis dignos obſervantia ſe probent, & converſionem ex animo obſequendi Deo fuiſſe aſſumptam demonſtrent. Stat. Min. *cap.* 7. *§.* 6. *num.* 72. firmant; nec ſtatim *eſſe eis tribuendum capucium, ſed recipiendum in Tertiariorum habitu; quod, ſi integro triennii curſu, Patrum Definitorum judicio, laudabiliter vixerint, poterit iterum reddi;* nunquam tamen volunt eſſe admittendos ad Sacrorum Ordinum exercitium. Idem in terminis præſcri- 48
bunt pro damnatis ad triremes; pro quorum nova ad Ordinem admiſſione S. Cong. Epiſc. & Regul. ſæpè in facti contingentia diſpoſuit, & Fagn. in 2. *par.* 3. *Decretal. de Regul. cap. Ne Religioſi num.* 68. refert debere tranſmiſſos ad triremes ad tempus, eo elapſo, ad Religionem redire.

CAPUT VI.

Officialis quoad Indulgentias.

SUMMARIUM.

1 *Deſcribitur Indulgentia.*
2 *Eſt in Eccleſia poteſtas concedendi Indulgentias.*
3 *Indulgentiæ revocari poſſunt.*
4 *Conſtitutio Pauli V. revocatoria Indulgentiarum.*
5 *Aliæ conceduntur.*
6 *Damnatur propoſitio ſuper revalidatione Indulgentiarum.*
7 *Diſtinctio, quod redierint per communicationem, non ſubſiſtit.*
8 *Decretum emanatum ſub Innoc. XI.*
9 *Reſcriptorum intellectus, à quo deſumatur?*
10 *Non ſunt revocatæ, conceſſæ viſitantibus Eccleſias Regularium.*
11 *Declaratio Sac. Cong. Indulgentiarum.*
12 *Non revocantur indulgentiæ conceſſæ, cum clauſula* Univerſis Chriſti fidelibus *&c.*
13 *S. Franc. obtinet à Chriſto Indulgentiam Portiunculæ.*
14 *Sed, an toties, quoties eam quis lucretur, vide reſponſum Sacr. Cong. Conc.*
15 *Non revocatur Anno Jubilei.*
16 *Indulgentia Portiunculæ applicabilis per modum ſuffragii.*
17 *Indulgentia Portiunculæ conceditur quotidiana.*
18 *Indulgentia recitantibus Officium Conceptionis in ejus feſto, & recitationi intereſſentibus.*
19 *Indulgentia recitantibus Officium Sanctiſſimi Nominis Jeſu; & quomodo intereſſentibus.*
20 *Indulgentia perpetua in Feſtis SS. Joannis à Capiſtrano, & Paſchalis Baylon.*

21 *In-*

Digitized by Google

21 *Indulgentia quotidiana viſitantibus Eccleſiam S. P. Franciſci Civitatis Aſſiſii.*

22 *Indulgentia plenaria in feſto S. Roſæ Virg. Viterbien.*

23 *Indulgentia affixa diei non transfertur cum translatione Officii.*

24 *Si feſtum transferatur quoad Chorum, & forum, eſt probabile transferri indulgentiam.*

25 *Attendenda eſt diſpoſitio literarum.*

26 *Si quo ad forum, feſtum non transfertur, probabilius eſt, Indulgentiam non transferri.*

27 *Pro ſuſpenſione Indulgentiarum Anno Sancto pro defunctis, & Romæ, quoad exiſtentes in aliis Eccleſiis, præter quatuor baſilicas, lege declarationes Eminentiſs. Urbis Vicarii.*

1 [EST Iudulgentia, relaxatio, remiſſio, ſeù condonatio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus, jam dimiſſis, à Prælato Eccleſiæ, exiſtentibus in gratia, extra Sacramentum conceſſa per diſpenſationem, ſeù applicationem theſauri Eccleſiaſtici. Trident.
2 *ſeſ.* 25. *in decreto de Indulgent.* ſic habet. Indulgentiarum uſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem, ſacrorum Conciliorum authoritate probatum, retinendum eſſe, Sacro-Sancta ſynodus docet, & præcipit, eoſque anathemate damnat, qui, aut inutiles eſſe aſſerunt: vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant.]

3 Indulgentiæ per Doctores revocari poſſunt; & ex facto patet, nam Paulus V. eas, per ſuos prædeceſſores Regularibus conceſſas, revocavit, aliaſque ipſarum loco eiſdem eſt elargitus, ut ſequitur. *Bull. Cherub. tom.* 3.

4 [Romanus Pontifex in Beati Petri ſede conſtitutus, cui inter alia cæleſtis Indulgentiarum theſauri diſpenſandi cura incumbit, ſolicitè proſpicerè debet, ac ſolerter, ut hujuſmodi Indulgentiarum diſpenſatio, & uſus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem præcipuè dirigatur, & ne illarum multiplicitate confuſio, aut inanis interpretatio exoriatur.

§. I. Proindè cum fel. rec. Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter magna cum diligentia, & ſolicitudine procuraverit, abuſus, & corruptelas, tum in communicando Indulgentiarum theſauros, tum in modo illos recipiendi, irreptos tollere, & propterea ſua quadam conſtitutione formam aggregandi, inſtituendi, & rectè adminiſtrandi Societates, & Confraternitates præſcripſerit, licèt morte præventus, hanc piam ejus voluntatem ad finalem executionem deducere, neque etiam, ut cogitaverat, circa Indulgentias à pleriſque Romanis Pontificibus prædeceſſoribus, Religionibus & Ordinibus Monaſticis, & Mendicantibus diverſis temporibus conceſſas, aliquid deliberare potuerit.

§. II. Nos, qui nullis noſtris meritis, ſed ſola Dei benignitate ad ſummi Apoſtolatus officium

vocati ſumus, ſuſceptum à tanto Pontifice pium hoc opus ad optimum finem perducere cupientes, ubi primum Catholicæ Eccleſiæ regimen ſuſcepimus, venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, ad hoc opus à dicto Clemente prædeceſſore deputatis, de quorum numero tempore ipſius Clementis prædeceſſoris eramus, injunximus, ut in illo opere ad ulteriora progrederentur, & Indulgentias Regularibus conceſſas recognoſcerent, iiſque recognitis rem nobiſcum communicarent.

§. III. Cum itaque præfati Cardinales privilegia, conceſſiones, & gratias prædictis Religionibus, & Ordinibus conceſſas diligenter inſpexerint, & examinaverint, ac eorundem Ordinum Superiores, & Officiales pluries audiverint, ac circa caſdem Indulgentias varia dubia, & incertitudines, & confuſiones adeſſe compererint, & ex judicio eorumdem, etiam Regularium, vel aliquorum ex illis nobis propoſuerint valdè expedire, pro eorum majori ſecuritate, & beneficio, ut Indulgentias ipſis Regularibus, & Ordinibus ad inſtar, vel per communicationem, aut alio modo hactenus conceſſas, annullaremus, & revocaremus, ac alias particulares illis concederemus.

§. IV. Nos, matura ſuper hoc conſultatione præhabita, cupientes perſonis Regularibus quibuſcumque quorumvis Ordinum, tam Monachorum, quàm Mendicantium, ſpirituale ſolatium, & juvamen afferre, infraſcriptas Indulgentias, & gratias, quas perſonis Regularibus, intra clauſtra, aut extra (cum licentia tamen ſuorum Superiorum, legitima de cauſa, illis conceſſa) degentibus, tantummodò ſuffragari debere declaramus, concedendas duximus.

§. V. Omnibus igitur Chriſti Fidelibus, qui canonicè, & juxtà ordines cujuslibet Religionis, & Conſtitutiones Apoſtolicas habitum Regularem, à legitimis Superioribus cauſa profitendi in illo ſuſceperint, die primo eorum ingreſſus in ipſam Religionem, ſi verè pœnitentes, & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, Plenariam.

§. VI. Ac cuilibet Novitio, qui pœnitens, & confeſſus, ac Sacra Communione refectus, poſt completum probationis annum, profeſſionem emiſerit, etiam Plenariam.

§. VII. Nec non cuilibet Religioſo, inter clauſtra ſui Monaſterii viventi, qui in feſto principali ſui Ordinis confeſſus, & Sacra Communione refectus fuerit, aut Miſſam recitans pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderit, etiam Plenariam.

§. VIII. In cujuslibet verò mortis articulo, ſi pariter verè pœnitens, & confeſſus, ac Sacra Communione refectus, vel quatenus id facere nequierit, ſaltem contritus, nomen Jeſu, ore, ſi potuerit, ſin autem corde, devotè in-

Digitized by Google

tè invocaverit, etiam Plenariam.

§. IX. Qui verò ad Presbyteratus ordinem canonicè promotus, & confeſſus, primam Miſſam celebraverit, nec non etiam iis Religioſis, qui pariter confeſſi, ac Sacra Communione refecti eidem Miſſæ interfuerint, aut ipſo die Miſſam ſimiliter celebraverint, etiam Plenariam.

§. X. Iis verò, qui de ſuorum Superiorum licentia, à negotiis per decem dies alieni in cella commorabuntur, aut ab aliorum converſatione ſeparati, in piorum librorum, & aliarum rerum ſpiritualium animos ad devotionem, & ſpiritum inducentium, lectionibus operam ſuam dederint, addendo ſæpè conſiderationes, & meditationes myſteriorum fidei Catholicæ, divinorum beneficiorum, quatuor Noviſſimorum, Paſſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & aliorum exercitiorum, orationum jaculatoriarum, aut vocalium, ſaltem per duas horas in diem, & noctem, orationibus mentalibus, ſe ſe exercendo, faciendo eodem tempore confeſſionem generalem, aut annualem, vel ordinariam, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, aut Miſſam celebraverint, quoties pro quolibet prædictorum exercitiorum, Plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus.

§. XI. Præterea iidem Religioſi intra clauſtra viventes, qui ſuam Eccleſiam devotè viſitaverint, & ut præfertur, oraverint, conſequantur eaſdem Indulgentias, quas viſitantes Eccleſias Urbis, & extra eam diebus Stationum conſequuntur, in omnibus diebus perindè, ac ſi ipſas Urbis Eccleſias perſonaliter viſitarent.

§. XII. Omnibus item Religioſis intra clauſtra, ut ſuprà, viventibus, qui quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ante Altare eorum Eccleſiæ in quolibet die, quinque annos, & totidem quadragenas.

§. XIII. Iis verò, qui de ſuorum Superiorum licentia in itinere exiſtentes, aut extra clauſtra degentes, tamquam Prædicatores, & Lectores, quinquies eandem Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ante quodlibet altare ſimiliter dixerint, etiam quinque annos, & totidem quadragenas.

§. XIV. Nec non, etiam eiſdem Religioſis, qui per menſem integrum ſingulis diebus, ſpatio mediæ horæ, orationem mentalem fecerint, ac confeſſi, & Sacra Communione, ultima Dominica menſis hujuſmodi, refecti fuerint, ſexaginta annos, & totidem quadragenas.

§. XV. Qui verò contrito corde, & pœnitentes, eorum culpas, & peccata, ac imperfectiones in Capitulis culparum accuſabunt, & ſpiritualiter communicabunt; & exercitium virtutum facient, tres annos, & totidem quadragenas.

§. XVI. Quotieſcumque autem de licentia Summi Pontificis,

Digitized by Google

aut ſuorum Superiorum in ditiones, & terras infidelium, aut Hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel infideles, & Hæreticos ipſos ad fidem Catholicam convertendum, & Eccleſiæ gremio reducendum, miſſi fuerint, ſi pœnitentes, & Confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti fuerint, vel Miſſam celebraverint, ut melius ad hujuſmodi opus ſe ſe parare valeant, pro duabus vicibus, videlicet, quando itineri ſe accingent, & quando in Provinciam, ubi prædicta opera eis exercenda erunt, ingreſſi fuerint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino pariter concedimus, & elargimur.

§. XVII. Et inſuper cum Superior in viſitationibus generalibus orationes quadraginta horarum pro bono viſitationis progreſſu collocare voluerit, iis Religioſis, qui dictis orationibus, ſaltem ſpatio duarum horarum in diverſo tempore interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, nec non diſciplinæ, & Obſervantiæ Regularis augmento, pias ad Deum præces, ut ſupra dictum eſt, effuderint, ſi confeſſi, & Sacra Communione refecti fuerint, aut Miſſam celebraverint, Plenariam ſimiliter omnium peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem, ut præfertur, concedimus.

§. XVIII. Volumus autem, ut omnes ſupradictæ Indulgentiæ; & gratiæ Religioſis Regularibus cujuſvis Ordinis, tam Monaſtici, quàm Mendicantis dumtaxat, ut præfertur, conceſſæ, etiam omnibus Monialibus, cujuſvis Regulæ approbatæ, & intra clauſtra, cum tribus votis ſolemnibus viventibus, & perpetuam clauſuram ſervantibus, tàm Ordinariis locorum, quàm etiam Regularibus, cujuſcumque Ordinis, Regulæ, & Inſtituti, ſubjectis, ſuffragentur. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

§. XIX. Cæterum omnes, & ſingulas Indulgentias quibuſcumque Ordinibus, Inſtitutis Regularibus hujuſmodi, etiam Mendicantibus, & quibuslibet perſonis Regularibus, tàm vigore privilegiorum, & literarum Apoſtolicarum, quàm vivæ vocis oraculo, aut aliàs quovis modo, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Apoſtolicam Sedem, hactenus conceſſas, confirmatas, approbatas, & innovatas, auctoritate, & tenore prædictis perpetuò revocamus, caſſamus, annullamus, & abrogamus; & ad præſentium noſtrarum literarum præſcriptum reducimus, & moderamus.

§. XX. Non obſtantibus quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac eorum Ordinum, & Inſtitutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque

que

Digitized by Google

que, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mare magnum, & Bulla aurea nuncupata, eiſdem Ordinibus, & Inſtitutis, eorumque Monaſteriis, Conventibus, Collegiis, Domibus, Superioribus, & perſonis, in contrarium præmiſsorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis, habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. XXI. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides habeatur ubique, quæ præſentibus ipſis originalibus literis haberetur.]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Maii 1606. Pontificatus noſtri Anno 2.

Et cum plures aſſerentes per confirmationes privilegiorum, ea revocatione poſteriores, eas fuiſſe priſtino valori reſtitutas. Alex. VII. die 18. *Martii* 1666. illis ſuper hoc ſilentium indixit, hujuſmodi propoſitionem damnans.

6 *Indulgentiæ conceſſæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodie ſunt revalidatæ.*

Nec datur locus diſtinctioni ſcribentium, ab Alex. damnari hanc dumtaxat propoſitionem. [Indulgentiæ revocatæ à Paulo V. directè, & expreſsè ſunt revalidatæ, minimè autem affirmantium eſſe revalidatas cum modificatione, quatenus 7 propter privilegiorum communicationem, redierint ad ſuos priſtinos poſſeſſores, ſi Religio aliqua poſt revocationem Pauli, obtinuerit, ab eo revocatas, per poſteriores Pontifices innovari, & iterum concedi;] id etenim cum decreto Alex. non cohæret, cùm ipſe abſolutè velit non eſſe revalidatas, & adverſatur alteri à Sacra Congreg. Indul- 8 gentiarum, & ab Innocentio XI. approbato, edito 7. *Martii* 1678. incip. *delatæ* videndo apud Lantuſ. *ſupplement. verb. Indulgentiæ num.* 8. & Gobat. *tom.* 2. *oper. tract.* 4. *par.* 3. *cap.* 37. *ſub num.* 709. ubi, pluribus Indulgentiis, vel, ut Apocryphis, aut fictis, ſeù inventis, reprobatis, *§. ac demum*, quo ad eas perſonis Regularibus quarumcumque Religionum, & Ordinum, etiam Mendicantium, ante Breve Pauli V. ſuperiùs enunciatum, conceſſas, diſponit, ut ſequitur: *niſi fuerint deindè Romani Pontificis auctoritate innovatæ, aut confirmatæ, nullius eſſe roboris, & momenti pariter declarat*. Ideò numquam revalidari dicendum, niſi per Sedem Apoſtolicam ſucceſſivè innoventur, vel confirmentur; & cum intellectus reſcripti, quo ad

clau-

Digitized by Google

clauſulas involventes gratiam, ex notatis à Gobat. *loco cit. cap.* 27. *ſub num.* 549. petendus ſit ex mente, & præmio Principis reſcribentis,
9 videndum eſt, ſi in literis confirmationis, Indulgentiæ cum aliis ab eodem nominentur, & exprimantur.

Cum Paulus §. 19. dicat à ſe revocari Indulgentias quibuſcumque *Ordinibus*, & *Inſtitutis Regularibus*, *etiam Mendicantibus*, & *quibuslibet perſonis Regularibus*; & de-
10 cretum citatum *declaret nullius eſſe roboris*, *conceſſas perſonis Regularibus quarumcumque Religionum*, & *Ordinum*, *etiam Mendicantium*: ſequitur eas dumtaxat revocatas, & abrogatas eſſe, quæ directè, & principaliter conceſſæ erant ipſis Regularibus, non verò eas Eccleſiis Regularium viſitantibus datas, ut notavit Lezana *to.* 3. *verb. Indulg. nu.* 8. & declaravit S. Cong. Indulgentiarum ab eodem Paulo deputata, ipſeque approbavit apud Lant. *verb. Confrat. ſub n.* 11., & ab ea decreta tranſmiſſa
11 fuerunt Archiepiſcopo Bononienſi, ut ſequitur; *E perche molti dubitano, ſe per la Coſtitutione di Sua Beatitudine ſopra l'Indulgenze conceſſe ultimamente alle perſone Religioſe, con revocatione delle antiche, venghino revocate anco l'Indulgenze conceſſe alle Chieſe Regolari*, & *à quei, che le viſitano, ancorche la Conſtitutione comprendi chiaramente ſolo le perſone Regolari, ſenza eſtenderſi alle Chieſe loro, tuttavia la Sac. Congregat. per levar ogni dubio, dichiara, che l'Indulgenze conceſſe à quelli, che viſitano le Chieſe de Regolari, ſtanno nella loro forza, e vigore, ſinche la Santità Sua farà altra deliberatione, e però ſi poſſono laſciar publicare, quando non oſti altra coſa*; Alia vide. *Nicol. Floſ. v. Indul. num.* 6. Nec revocantur conceſſæ perſonis de Tertio Ordine; nam propoſito dubio Sac. Cong. Indulgentiarum, & in ea examinato; *An in generali revocatione Indulgentiarum, quæ in Brevi Romani Pontificis Pauli V. habetur, comprehendantur perſonæ, quæ ſubſtantialia Religionis vota non emittunt intra, vel extra Clauſtra degentes?* Ipſa reſpondit, *eas minimè comprehendi*. Et reſponſum confirmatur ab Innocentio XI. Conſtit. Alias 10. *Octobris* 1686. *direct. Trium Ordin. art.* 5. *conſtit.* 1.

Nec revocari dicendum, ut notat Gobat *cit. part.* 1. *cap.* 27. *ſub num.* 546. & *Hasbenſis Summa Select. qq. v. Indulgentia ſub nu.* 222. Indulgentias promiſcuè datas Regularibus, & Secularibus: ut cum in literis conceſſionis à Pontifice apponitur clauſula illimitata, *Uni-* 12
verſis Chriſtifidelibus, *vel omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui devotè viſitaverint Eccleſiam, v. g. S. Mariæ de Aracæli in Feſto S. Franciſci*, *indulgentiam concedimus*; quia hujuſmodi generis Indulgentiæ non ſunt datæ primò, & directè perſonis Regularibus, ſed omnibus Chriſtifidelibus; ideo, & Regulares in ejuſdem S. Franciſci Feſto, devotè, & ut oportet, præfatam viſitantes Eccleſiam, eam poſſunt lucrari: cum & ipſi, ſicut cœte-

cœteri, ſint fideles, & non deterioris conditionis.

13 Plenariam à Chriſto Domino, ad preces Deiparæ, pro omnibus fidelibus,qui Eccleſiam S.Mariæ Angelorum, ſeù Portiunculæ nuncupatam, in agro ſitam Aſſiſien. piè,& devotè viſitaſſent, obtinuit S. Franciſcus, quam ad unicam diem reſtrinxit Honorius III.,ad ſecundam ſcilicèt Auguſti, in qua ejuſdem Eccleſiæ anniverſaria dedicationis memoria recurrit.

Et quia in alleg. decreto ſub Innoc.XI.de Apocryphis Indulgentiis S.C. Indulgentiarum declaraverat:
14 *ſemel autem dumtaxat in die, Indulgentiam in certos dies Eccleſiam vitantibus conceſſam, vel aliud p'um opus peragentibus lucrifieri*, & dubitabatur, an Indulgentiam præfatam lucrarentur fideles toties,quoties Eccleſiam viſitarent, pro declaratione dubii fuerunt preces S.C.C.exhibitæ, ut infrà.

Eminentiſs., & Reverendiſs. Domini.

[Epiſcopus Labacenſis à parte Imperii, Orator Devotus, EE.VV. humiliter exponit, quod non obſtante Decreto Innocentii XI. de Apocryphis Indulgentiis ſub die 7. Martii 1678. quo declaravit, ſemel dumtaxat in die, plenariam Indulgentiam in certos dies Eccleſiam viſitantibus conceſſam lucrifieri, pergunt Fratres Ordinis Sancti Franciſci Reformatorum Provinciæ Carnioliæ Populo perſuadere, Indulgentiam pro die ſecunda Auguſti de Portiuncula nuncupatam, eorum Eccleſiam viſitantibus conceſſam, toties, quoties eadem die lucrifieri poſſe.

Cum autem hujuſmodi abuſus ad Summ. Pontificem ab Ordinariis deferri jubeat Sac.Cong. Conc. Trident.ſeſſ.25.de reform. cap.21. in decreto de Indulgentiis.

Idcircò Orator quærit, & declarari petit, an præfata Indulgentia, de Portiuncula nuncupata, etiam comprehendatur ſub Decreto, & declaratione ſan. mem. Innocentii XI. ſupradicto. Pro qua gratia &c.

Die 17. Julii 1700. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, audita relatione Procuratoris Generalis, & Miniſtri Provincialis, cenſuit ſervandum eſſe ſolitum. (apud impreſſorem Cameralem.)

Sub revocatoria Indulgentiarum, quæ Anno Sancto ſuſpenduntur, memorata Indulgentia non comprehenditur, prout ſub 5.Julii 1650. Innocent. X. & die 12. Novembris 15
1674. Clemens X. reſpectivè declaravit, & nuper expreſſit Innoc.XII. ut infrà.

[Cum ob Sacri Jubilei celebrationem, à Vigilia Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti proximè venturi anni inchoandam, & uſque ad finem ejuſdem anni duraturam, omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, quibuſvis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis locis piis ſecularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Men-

Digitized by Google

Mendicantium, Regularibus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, quomodolibet conceſſas, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſuſpenderimus, ac ſuſpenſas eſſe declaraverimus, easque eodem anno durante, nulli prodeſſe, aut ſuffragari debere decreverimus, prout in noſtris ſub Plumbo deſuper expeditis literis, quarum tenorem præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur: Nos cupientes, ut Eccleſia Sanctæ Mariæ Angelorum Domus Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, propè, & extra muros Civitatis Aſſiſien., congrùis frequentetur honoribus, ad eamque Chriſti-Fidelibus lubentiùs accedant, quo exindè ſpiritualibus gratiis ſe uberiùs refectos conſpexerint, tenore præſentium declaramus; mentis, & intentionis Noſtræ minimè fuiſſe, nec eſſe ſub præfata Indulgentiarum ſuſpenſione; Indulgentiam utriuſque ſexus Chriſti-Fidelibus; prædictam Eccleſiam die ſecunda Menſis Auguſti, à primis veſperis uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi viſitantibus, & requiſita, pro eadem Indulgentia conſequenda, peragentibus, conceſſam, comprehendere, prout minimè comprehendimus, nec comprehenſam eſſe, in verbo Romani Pontificis atteſtamur: In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Auguſti 1699.

Indulgentiam Portiunculæ applicari poſſe per modum Suffragii Animabus Defunctorum, indulſit Innocent. XI. ut infrà.

Aliàs fel. rec. Gregor. Papa XV. Prædeceſſor Noſter omnibus, & ſin- 16
gulis utriuſque ſexus Chriſti-Fidelibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sac. Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci, de Obſervantia, etiam Reformatorum, nuncupatorum, ubicumque exiſtentium, die ſecunda menſis Auguſti à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi, annis ſingulis, devotè viſitaſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, Hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudiſſent, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſit, & aliàs, prout in ipſis Gregorii predeceſſoris literis, deſuper in ſimili forma Brevis die 4. Julii 1622. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, uberiùs continetur. Cum autem dilectus Filius modernus Procurator Generalis dicti Ordinis, Nobis nuper exponi fecit, Indulgentiam plenariam, & peccatorum remiſſionem per dictum Gregorium prædeceſſorem, ut præfertur, conceſſam, etiam Animabus Chriſti-Fidelium Defunctorum, per modum Suffragii applicari poſſe, ſummopere deſideret: Nos piis ejuſdem Procuratoris Generalis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, auctoritate

No-

Digitized by Google

Nobis à Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, Indulgentiam plenariam, & peccatorum remiſſionem Chriſti Fidelibus præfatis, ſupradictas Eccleſias Fratrum Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, & Reformatorum, dicta die ſecunda Menſis Auguſti, ut ſupra, viſitantibus, & præmiſſa peragentibus, conceſſam, etiam Chriſti Fidelium Animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ, ab hac luce migraverint, per modum Suffragii applicari poſſe, etiam perpetuò concedimus, & indulgemus; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Volumus &c. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 22. Januarii 1687.

17 Et idem Innocentius XII. Indulgentiam perpetuam in quocumque die præfatam Eccleſiam viſitantibus concedit. *Collect. Bulla. Innocentii XII.*

Redemptoris, & Domini noſtri Jeſu Chriſti vices, licèt immeriti, gerentes in terris, Cœleſtium munerum theſauros, quorum diſpenſationem humilitati noſtræ commiſit Deus, fideli, prudentique liberalitate libenter erogamus, ſicut pia ſublimium Principum, præclaris in Eccleſiam Dei meritis fulgentium, ac Religioſorum virorum, propriæ, alienæque ſaluti laudabiliter incumbentium, vota poſtulant, & Nos, ad augendam, fovendamque Fidelium pietatem profuturum in Domino arbitramur. Itaque ſpirituali Chriſti Fidelium ad Eccleſiam, S. Mariæ Angelorum nuncupatam, Domus Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci, de Obſervantia nuncupatorum, propè, & extra muros Civitatis Aſſiſien., aſſiduè (ut accepimus) ex univerſis Chriſtiani Orbis partibus devotionis cauſa, confluentium, conſolationi, atque Animarum ſaluti, quantum cum Domino poſſumus, benignè conſulere, nec non dilecti Filii Bonaventuræ Poerii, Miniſtri Generalis dicti Ordinis, ſupplicationibus, etiam totius Ordinis prædicti nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, quibus piè, atque enixè plurium Orthodoxorum Principum preces, in idipſum tendentes acceſſere, favorabilem aſſenſum præbere cupientes, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſti Fidelibus ad Eccleſiam ſupradictam, ſic, ut præmittitur, confluentibus, qui illam verè pœnitentes, & confeſſi, ac Sac. Communione refecti, in quocumque Anni die devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, Hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus &c. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 28. Auguſti 1695.

Six-

Digitized by Google

Sixtus IV. *Conſt. cum præcelſa*
ſub tertio Kal. Martii 1476. *apud*
18 *Confect. Privil. Mend. part.* 1. ean-
dem conceſſit Indulgentiam, Miſ-
ſam devotè celebrantibus, & reci-
tantibus Officium Conceptionis B.
Mariæ Virginis, diſpoſitum per
Leonardum de Nogarolis, & ce-
lebrationi, recitationique reſpecti-
vè intereſſentibus in Feſto, & per
Octavam ejuſdem feſti, quam juxta
diſpoſitionem Vrbani IV., alio-
rumque Pontificum, conſequun-
tur illi, qui Miſſam, Officium, &
Horas Canonicas in Feſto Corpo-
ris, & Sanguinis D. N. J. C. à pri-
mis veſperis, & per illius octavam
celebrant, dicunt, aut Miſſæ, Of-
ficio, & Horis hujuſmodi inter-
ſunt.

Similem Indulgentiam elargitus
19 eſt Clemens VIII. *Conſt. Sacratiſs.*
Nominis ſub die 2. *Aprilis* 1598.
apud Roderico *Bullar. Bullæ* 3.
ejuſdem Pontificis, tam die 14.
Menſis Januarii celebrantibus Offi-
cium de Santiĉtiſs. Nomine Jeſu,
quàm iis, qui in Eccleſiis Frat. Min.
& S. Claræ ejuſdem recitationi, &
decantationi interfuerint, & quin-
quies orationem Dominicam, &
toties ſalutationem Angelicam, pro
felicitat: Roman. Pontif. & S. R.
Eccleſ. adverſus Maumeticham,
& Lutheranam perfidiam, ac pro
univerſali Principum, & aliorum
Fidelium pace devotè recitaverint:
ideò expedit, ut in præfato Ordine
illis diebus matutinum horis diurnis
recitetur, ut ſic ipſi fideles recitatio-
ni intereſſe poſſint.

Alexander VIII. edito Brevi
incip. *Redemptoris ſub die* 7. *De-* 20
cembris 1690. Indulgentiam plena-
riam perpetuam conceſſit viſitanti-
bus aliquam ex Eccleſiis tam ha-
ctenus erectis, quàm deinde erigen-
dis, Frat. Min. de Obſer. & Refor-
mat. nec non Monialium dicti Or-
nis, in feſtis SS. Joannis à Capiſtra-
no, & Paſchalis Baylon.

Innocent. XII. plenariam Indul-
gentiam *ſub die* 18. *Auguſti* 1695.
ut in literis ipſius, *Commiſſæ nobis*, 21
plenius continetur, dedit viſitanti-
bus in quocumque anni die Ec-
cleſiam S. Franc. domus Frat. Ord.
Min. Conventualium Civitatis Aſ-
ſiſien.

Et ſub *die* 14. *Januarii* 1701.
SS. D. N. Clemens XI. prout ex 22
edito Brevi incip. *Agni Immacula-*
ti, Plenariam Indulgentiam perpe-
tuam concedit viſitantibus in die fe-
ſto S. Roſæ Virginis Viterbien. *die*
4. ſcilicet Menſis *Septemb.* aliquam
ex Eccleſiis hactenus erectis, &
impoſterum erigendis, tam Frat.
Min. quàm Monialium, reſpectivè
exiſtentium ſub obedientia, & ju-
riſdictione pro tempore exiſtentis
Miniſtri Genaralis Ordinis.

Indulgentia, quæ conceditur in 23
feſto alicujus Sancti v. g. die ſecun-
da Auguſti, ſi contingat Feſtum,
quo ad Chorum transferri, cum
Feſti translatione illa non transfer-
tur; quia juxta commune dictum:
Indulgentiæ tantum valent, quan-
tum ſonant: ſonat autem illa, &
exprimitur conceſſa pro tali die,
ergo non valet pro alia, quàm il-
la die; quæ, cum ſit certò determi-
nata, immobilis eſt; conſequenter
im-

Digitized by Google

immota manet Indulgentia, ut notat Hasbenſis *Sum.q.q. verb. Indulgentia*: Lezzana *Summ. q.q. tom* 3. *verb. dies feſti nu.* 13. Gobat. *tom.* 2. *operum moralium tract.* 4. *part.* 2. *cap.* 7. *num.* 323.

24 Si verò Feſtum transferatur, conformiter ritui ab Eccleſia præſcripto; nedum quoad Chorum, ſed etiam quoad Forum, & cultum Divinum publicum, cui tam Clerus, quàm Populus adſtringatur, & ceſſare ab operibus ſervilibus debeat, & Indulgentia diei determinatè affixa non ſit, probabile eſt apud Go-

25 bat. *numer.* 324. & Indulgentiam transferri. Verum ex *cap. ad Aures de reſcr. lib.* 1. *tit.* 3. in omnibus diſpoſitionibus maximè ſpectanda eſt intentio, & finis legislatoris.

26 Si quoad forum non transfertur, probabilius eſt, nec Indulgentiam trasferri; undè, ut advertit Hasbenſis *loc. cit.* ſi Feſtum S. Joannis Baptiſtæ contingat in die Feſtivo Corporis Chriſti, cum Officio ejuſdem Sancti non transfertur Indulgentia pro die Sancti Joannis data, ſed eo die Corporis Chriſti, & non alio, eam Fideles lucrari debent; ſic ſentiendum de Indulgentiis pro feſto S. Antonii de Padua, quando in die Pentecoſtes incidit; licèt enim tunc Fideles duplici titulo non teneantur ad audiendam Miſſam, ſicut per DD obligantur, cum feſtum S. Joannis Baptiſtæ contingit in die Corporis Chriſti (etenim S. Antonius ſolo cultu Chori, & non fori colitur) tamen cum eiuſdem Officio non transferuntur Indulgentiæ; utpotè datæ etiam in uſum Populi, qui nihil de tali translatione ſcit, & ſolùm memoriæ retinet diem tertium decimum menſis Junii.

Conveniunt omnes, quod per Bullas, quibus durante Anno Sancto ſuſpenduntur Indulgentiæ, omnes, & ſingulæ vivis Chriſti Fidelibus conceſſæ ſuſpendantur; adeo ut nulli tunc proſint, niſi Pontifex eas iterum concedat, aut declaret ſe aliquas ſub generali ſuſpenſione noluiſſe comprehendere, prout Innoc. XII. declaravit in ſpecie pro illa Portiunculæ, ut ſupra *num.* 15. quia verò ſæpe fuit dubitatum, & diſputationi commiſſum, an datæ defunctis; & an Romæ omnes aliæ, præter datas viſitantibus Baſilicas SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, S. Joannis Lateranenſis, & S. Mariæ Majoris, ſuſpenderentur? Ideo ad dubia, & ſcrupulos removendos Eminent. Urbis Vicarius, recepto oraculo ab Innoc. XII. aliquas declarationes, occaſione Anni Sancti 1700. edidit, ut infra. 27

[E per togliere finalmente ogni ambiguità, e che ſiano certi li Fedeli dell'Indulgenze, che poſſono conſeguire, dichiariamo coll Oracolo di Sua Santità, come ſopra, che nella ſoſpenſione generale dell'Indulgenze contenuta nella Bolla ſotto la data delli 28. Maggio 1699. publicata lo ſteſſo giorno, e il dì 20. Decembre di detto anno, non s'intendano ſoſpeſe l'Indulgenze degli Altari Privilegati per li Defonti, ne verun'altra di quelle conceſſe nella ſteſſa maniera per li ſoli Defonti: Ma bensì quelle, che ponno

no conſeguire li vivi con facoltà di applicarle per maniera di ſoffragio alli Defonti; e ne meno l'Indulgenze concedute in articolo di morte, e la facoltà di communicarle ad altri, ſi come non ceſſano in modo alcuno le facoltà del Tribunale della S. Inquiſitione, e degli Officiali di eſſo, e de Miſſionarii, e Miniſtri, che dal detto Tribunale, e dalla S. Congregatione de Propaganda Fide, ò con auttorità Apoſtolica ſiano à ciò deputati, e ſpecialmente quelle di aſſolvere dall'Ereſia coloro, che pentiti l'abjurano, e ſi rendono di detta aſſolutione capaci.

E perche ſi conſervi il devoto iſtituto di frequentare la viſita delle 40. Hore, e de'principali Santuarii di queſta Città, concede la Santità di Noſtro Signore, non oſtante detta generale ſoſpenſione, l'Indulgenze ſolite guadagnarſi in ogni altro tempo, à quelli Fedeli Chriſtiani dell'uno, e dell'altro ſeſſo, che viſiteranno le ſette Chieſe, e così la Scala Santa, e le Stationi ne'giorni determinati, & accompagneranno il Santiſſimo Viatico, quando ſi porta agl'Infermi, ò impediti da ciò, manderanno la torcia nel modo, e forma, e conditione, che ſi trovano conceſſe; à chi viſiterà le Chieſe, ove ſi terrà eſpoſto il Santiſſimo Sacramento ne' giorni delle quarant'Hore circolari, & ordinarie ſolamente, deſcritte nel foglio publicato, e da publicarſi di ordine noſtro per tutto l'Anno Santo, & ivi dimorerà in oratione per quello ſpatio di tempo, che gli ſuggerirà la devotione, confeſſato, e communicato, ò almeno con fermo propoſito di confeſſarſi: ſette anni, & altrettante quarantene d'Indulgenza per ciaſcheduna volta. Dato dal Palazzo della noſtra reſidenza, queſto dì 24. Gennaro 1700.

CAPUT VII.

Officialis quoad interdictum Eccleſiaſticum.

SUMMARIUM.

1 *Natura interdicti.*
2 *Ejus diviſio in locale, perſonale, & mixtum, uſque ad* num. 5.
3 *Interdicta Eccleſia, eſt interdictum Cæmeterium: diſtingue; & interdicta Civitate ſunt interdicta Suburbia.*
4 *Interdicto populo, non intelligitur interdictus Clerus: & interdicto Clero abſolute, & Regulares interdicuntur.*
5 *Quæ Sacramenta tempore interdicti poſſint adminiſtrari? uſque ad* num. ſequen. num. 10.
6 *Sepultura negatur morientibus in interdicto; ſed quid de Clericis?* ibi lege.
7 *Regulares excommunicantur, ſi tempore interdicti, vel nominatim interdictum ſcienter in loco Sacro ſepeliant.*
8 *Matrimonium tempore interdicti* *non*

non ſuſpenditur, benè verò ſolemnis benedictio danda ſponſis.

9 *Epiſcopus conferens ordines tempore interdicti eſt irregularis.*

10 *Idem dicitur de celebrante in loco interdicto &c.*

11 *Et eſt is ineligibilis, & ad eligendum inhabilis.*

12 *Interdicti poſſunt Eccleſias adire ad audiendas conciones; & poſſunt eo tempore pulſari campanæ pro* Ave Maria.

13 *Tempore interdicti ex cap.* Alma Mater, *poſſunt quotidie januis clauſis &c. celebrari Miſſæ, & alia Divina Officia.*

14 *In feſtivitate Paſchatis, Pentecoſtes, & Aſſumptionis poſſunt celebrari, pulſatis campanis, apertis januis, & etiam admiſſis interdictis: declara.*

15 *Regulares omnes tenentur obſervare interdictum generale locale.*

16 *Etiam promulgatum per Epiſcopos.*

17 *Privilegium à Clemente VIII. datum Minoribus ſuſpendendi interdictum in certis feſtivitatibus Ordinis.*

18 *Feſtivitates incipiunt à primis veſperis.*

19 *An Regulares tempore interdicti poſſint in ſuis Eccleſiis admittere perſonas Tertii ordinis ad audienda Divina?*

20 *Interdictum differt à ceſſatione à Divinis.*

21 *Et ab excommunicatione majori, & minori.*

22 *Et à ſuſpenſione.*

1 INterdictum Eccleſiaſticum, ab interdicendo, ſeù prohibendo dictum: *Eſt cenſura Eccleſiaſtica in locum, vel perſonas lata, prohibens quorumdam Sacramentorum uſum, Divina Officia activè, & paſſivè, & ſepulturam interdictis miniſtrari.*

2 Ejus diviſio eſt in locale, perſonale, & mixtum: Locali, interdicitur locus, ne in eo prædicta exerceantur. Perſonali, perſona, ne in eis ad præfata admittatur. Mixto, perſonæ, ſimul, & locus interdicuntur.

Locale aliquando eſt generale, totam Provinciam, vel Civitatem afficiens; aliquando particulare, quo interdicitur una, vel altera Ec-
3 cleſia, ſed non omnes. Et ſciendum, ex *cap. Si Civitas de ſent. excomm. in* 6. *lib.* 5. *tit.* 11. *§. rationem*, quod, interdicta Eccleſia, cenſentur etiam interdicto ſubmiſſa, Cæmeterium, & Capella, præſertim eidem contigua: & interdicta Civitate, ſunt interdicta Suburbia, ibid.

Perſonale item, aliquando eſt generale, quod directè fertur in omnes Caſtri, vel Civitatis perſonas; Et ſic ſuppoſiti interdicto, nec in loco proprio, nec in diſtincto Territorio audire, & admitti poſſunt ad Divina, quia, ut ſcripſit Piaſec. *prax. par.* 2. *cap.* 4. *art.* 11. *num.* 2. cum illis deambulat interdictum, ad quod facit *tex. in cap. ſi ſententia de ſent. excomm. in* 6. *lib.* 5. *tit.* 11.

Cùm interdictum eſt dumtaxat perſonale, poſſunt in Eccleſiis Populi interdicti ad Divina admitti Peregrini, & Cæteri, qui non ſunt membra interdicti Collegii; quemadmodum, cum eſt ſolùm locale, poſſe perſonas illius loci, niſi cauſam dederint interdicto, in alio Territorio, interdicto non ſuppoſito, participare Divina, notavit Piaſec. ibidem ex *alleg. cap. ſi ſententia*.

Interdicto populo, non intelligitur interdictus Clerus, ex *cap. ſi ſententia tit. cit.* ubi expreſsè: *Si ſententia interdicti proferatur in Clerum, non intelligitur* (niſi aliud ſit expreſſum in ea) *interdi-*
4 *ctus populus: nec etiam è converſo*; quia populus abſolutè prolatus pro Laicis ſupponit. Ipſo autem Clero abſolutè, & impliciter interdicto, & Regulares exempti interdicuntur, ut advertit Miranda Man. *Præl. tom. 2. quæſt. 37. art. 3.* & Lezan. *Sum. quæſt. Regul. tom. 3. verb. interdictum nu.* 5. qui non comprehendi teſtatur, ſi non Clerus, ſed Clerici interdicantur.

Tempore interdicti localis gene-
5 ralis, vel ſpecialis, pueris, & adultis propter moræ periculum poſſunt licitè exhiberi Baptiſmus, & Confirmatio, prout *cap. quoniam eodem tit.* morientibus quoque adultis non denegatur Sacramentum Pœnitentiæ, ex *cap. reſponſo, lib. 5. tit. 39. de ſent. excomm.* quod conceditur etiam, poſſe ſanis miniſtrari, obſervatis reſtrictivis adjectis *cap. Alma Mater eodem tit. in 6.* ut infra; concedimus, quod tempore interdicti (loquitur Bonif. VIII.) [ab homine, vel à jure prolati, non tantummodò morientes, ſed etiam viventes, tam ſani etiam, quàm infirmi ad pœnitentiam (quæ propter pronitatem, & facilitatem hominum ad peccandum, ſummè neceſſaria eſt) licitè admittantur; dum tamen excommunicati non fuerint: quos admitti (præterquam in mortis articulo) nolumus ad eandem; illis etiam, propter quorum culpam, dolum, vel fraudem lata eſt ſententia interdicti, vel, qui ad perpetrandum delictum, cujus occaſione ipſum interdictum eſt latum, præbuerunt auxilium, conſilium, vel favorem: niſi de ipſo delicto (ſi ſint tales, quod id facere valeant) priùs ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo idoneam dederint cautionem: aut, ſi ſatisfacere nequeunt, vel hujuſmodi cautionem præſtare juraverint, quod cum poterunt, ſatisfacient, & ad ſatisfactionem hujuſmodi per eum, vel per eos, qui facere ipſam debent, & poſſunt, præſtandam, dabunt conſilium, & auxilium, ac juxta poſſe ſuum fideliter laborabunt; non eſt pœnitentiæ beneficium aliquatenus concedendum;] quæ miniſtrari poſſunt in Eccleſia interdicta, ſi interdictum non ſit generale, & cum ſolum locus ſit, quoad unam Eccleſiam interdictus, ad Eccleſiam non interdictam pro iſtis Sacramentis recurritur. Piaſec. ibid. *n. 3.* Covar. *in Cap. Alma Mater de ſent. excomm. part. 2. §. 2. num. 7. ver. Hæc verò.*

Euchariſtia tempore interdicti 6
non negatur decedentibus in pœniten-

nitentia, textus expreſſus in *Cap. permittimus decr. Greg. eodem tit. & cap. quod in ſe de pœnit. & remiſs. lib.* 5. *tit.* 38. ubi Extrema-Unctio, & ſepultura negatur morientibus in interdicto. Clericis verò, qui ſervaverint interdictum, ibidem Clemens III. concedit poſſe in loco Sacro, ſine Campanarum pulſatione, ceſſantibus ſolemnitatibus omnibus cum ſilentio tumulari. Et Clericorum appellatione ex Suarez Piaſec. *num.* 4. deducit, quoad hunc effectum intelligi debere omnes perſonas Eccleſiaſticas, ad aliquod ſervitium Eccleſiæ applicatas: conſequenter ad Regulares, qui privilegio exemptionis non poſſunt ſe tueri, quin excommunicationem in-
7 currant, ſi tempore interdicti, vel nominatim interdictos, ſcienter in loco Sacro præſumpſerint ſepelire; ut *in terminis Clement. Eos, qui de ſepulturis lib.* 3. *tit.* 7. à qua non poſſunt abſolvi, niſi priùs ad arbitrium Diœceſani Epiſcopi; eis, quibus fuerit per præmiſſa injuria irrogata, ſatisfactionem exhibuerint competentem; *ſuper quo* Gloſs. *in ver. ex quibus* notat, quod relaxato interdicto, corpus illius, quod propter interdictum non fuit in loco Sacro ſepultum, poterit ad illum, ſervatis ſolemnitatibus transferri, modò ſigna contritionis ante obitum exhibuerit.

Contractus quoque Matrimonii
8 tempore interdicti non ſuſpenditur, ex adnotatis à Gloſ. *cap. Alma Mater in ver. Sacramentis;* ſolemnis tamen benedictio tunc ſponſis dari nequit, Piaſec. *num.* 10. & Engel. *Colleg. Jur. Can. lib.* 5. *tit.* 39. *num.* 94. ſcripſit eos, qui ſua culpa ſpecialiter perſonaliter interdicti ſunt non poſſe durante hoc interdicto, licitè, (tametſi validè) matrimonium contrahere.

An autem tempore interdicti poſſit Sacramentum ordinis conferri? negat Covar. *cit.* §. 3. *num.* 4. Volpi *reſol. moral. reſolut.* 82. *v. inter-*
9 *dictum num.* 19. Sylveſt. *ver. interdictum* 5. *quæſt.* 7. *num.* 6. ad finem, irregularitatemque non evitat Epiſcopus, ordines, aut primam tonſuram conferens, ut optimè ipſe probat Covaruv. alleg. qua innodatur 10
per Piaſec. *num.* 11. quilibet in loco interdicto, vel pro perſonis interdictis, celebrans, vel ſcienter cum ſolemnitate exercens actum, ordini alicui Sacro deputatum, præterquam in caſibus conceſſis, non niſi per Papam diſpenſanda, efficitur- 11
que ineligibilis, ac inhabilis ad concurrendum cum aliis ad electionem activam *tex. expreſſus cap. is, cui, de ſent. excommunicat. in* 6.

Interdicti licitè ingrediuntur Eccleſiam cauſa Orationis, dum in ea Divina Officia non peraguntur; 12
poſſuntque ad eam per Campanæ pulſum convocari ad effectum, ut ad concionem conveniant, & ad correctionem induci valeant; *alleg. cap. reſponſo;* & ut moris eſt, interdicti tempore poſſunt pulſari Campanæ ad effectum excitandi Populum ad ſalutandam B. V. Mariam, Piaſec. *num.* 8.

[Conceditur, *cap. permittimus*, ſuperiùs adducto: ut tempore inter-

F 2 dicti

dicti ſemel in hebdomada, non pulſatis Campanis, voce ſubmiſſa, januis clauſis, excommunicatis, & interdictis excluſis, Miſſa celebretur cauſa conficiendi Corpus Chriſti, ut ibi plenius continetur; *cap. Alma Mater*, conceſſio extenditur, ut infra; quod, ſingulis diebus in Eccleſiis, & Monaſteriis
13 Miſſæ celebrentur, & alia dicantur divina Officia, ſicut, priùs, ſubmiſſa tamen voce, januis clauſis, excommunicatis, ac interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis; *& inferius*: in Feſtivitatibus verò Natalis Domini,
14 Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginis Glorioſæ, campanæ pulſentur, & januis apertis alta voce divina officia ſolemniter celebrentur, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis admiſſis; quibus ob reverentiam dictarum ſolemnitatum (ut & ipſi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis effectum, faciliùs inclinentur) præfatis diebus participationem permitimus divinorum; ſic tamen, quod illi,] propter quorum exceſſum interdictum hujuſmodi eſt prolatum, Altari nullatenus appropinquent: ad oblationes nimirum, & communionem non admittuntur, Volpi *reſol.* 93. *num.* 6. ubi refert conceſſionem fuiſſe per Martinum V. Eugenium IV. & Leonem X. ampliatam ad Corpus Chriſti, & Virginis Conceptionem, cum Octavis.

15 Regulares quicumque, tam exempti, quàm non exempti obſervare tenentur interdictum generale locale (cum moderatione tamen Decretalis Alma) quæ privilegia jam eis data revocavit, dum obſervari viderint ab Eccleſia Cathedrali, Matrice, vel Parochiali, per diſpoſita in Clementina *ex frequentibus de ſent. excomm. lib.* 5. *tit.* 10. ubi, non obſervantes, pœna excommunicationis ligantur. Et id procedit, ut notat Pignatel. *tom.* 10. *conſ. prima num.* 15. etiamſi prætendatur eſſe nulliter latum, & non modò de interdicto generali, quod fertur in Regnum, vel Provinciam, ſed etiam de interdicto, cui ſubmittitur Villa, vel Caſtrum, ut expreſsè *text. in cap. cum in partibus lib.* 5. *tit.* 40. *de verb ſignif.*

[Nec eximuntur ab obſervantia 16
promulgati per Epiſcopum, ut firmat Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 12. *de Reg.* ubi: *Cenſuræ, & interdicta, nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in Eccleſiis publicentur, & ſerventur.*] Quo decreto revocari privilegia Regularib. data, à quibus haberent poſſe in feſtis Sanctorum ſui Ordinis ſuſpendere interdictum, quacumque authoritate latum, tenet Donatus *Prax. Regul. tom.* 3. *tract.* 12. *qu.* 86. Et ad antiqua jura reduci, tradit Navarro apud Miranda *tom.* 2. *quæſt.* 37. *art.* 12. adeoque ad allegatam Clementinam, Regularibus præcipientem cujuslibet interdicti cuſtodiam. [Ideò Gregor. XIII. *Conſtit. In tanta: Bull. Cherub. to.* 2. ad terminos juris communis, & Conc. Trid. reduxit aliam Pii V. *Et ſi Mendicantium ibidem*

ubi

Digitized by Google

ubi *num.* 4. declarat privilegia Regularium non comprehendi ſub dicto *cap.* 12. *Trid. de interdicto*; & ad tenorem ipſorum ea ſuſpendit in Feſtivitatibus, & Octavis Sanctorum Ordinum ipſorum.]

Cæterùm, ſi aliquibus ſucceſſivè ad Trid. & Greg. fuerit cum ſufficientibus derogatoriis ſpecificè, & expreſsè indultum, ut quædam proprii Ordinis feſta ſolemni ritu, tempore interdicti, celebrent, poterunt id exequi ea ſolemnitate, & cæremoniis, quibus temporibus ab interdicto liberis utuntur, prout referunt, firmantque literæ Clement. VIII. apud Roderico, *Collec. Privil. Bul.* 4. extendentis indulta Prædeceſſorum Pontificum, in allatis terminis data Ordin. Min. ad Feſta Portiunculę, & S. Didaci, nt infra.

[Sacræ Seraphici B. Franc. Religionis in S. Romanam Eccleſiam merita poſcunt, ut Privilegia, &
17 indulta, illi per Sedem Apoſtolicam conceſſa, non modò conſerventur, ſed etiam amplientur. Cum itaque, ſicut accepimus, diverſorum Romanorum Pontificum conceſſionibus, Religioni præfatæ indultum ſit, ut temporibus interdicti, quacumque, etiam Apoſtolica authoritate appoſiti, Feſta Sanct. ejuſdem Ord. Franciſci nimirum, Bonaventurę, Antonii de Padua, Ludovici, Bernardini, Claræ, Eliſabeth, ac Martyrum, ſolemni ritu celebrare, perindè ac ſi interdictum hujuſmodi, minimè appoſitum eſſet, liberè poſſint; Feſta verò Sanct. Didaci, & Portiunculæ in prædicto indulto minimè comprehendantur; Nos Religionem prædictam amplioribus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ac indultorum hujuſmodi, & literarum Apoſtolic. deſuper expeditarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus dictæ Religionis per Dilectum Filium Noſtrum Hieronymum Presbyterum Cardinalem Matthæjum, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Religioni prædictę univerſæ, ac cuicumque ipſius Ordinis, ſive Familiæ Conventus, ut in eorum Eccleſiis, feſta etiam prædicti S. Didaci, & Portiunculæ, temporibus interdicti ſolemniter, prout alia feſta prædicta, ac juxta indultorum illi conceſſorum ſeriem, & tenorem, celebrare liberè, & licitè poſſint, authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus, ac indulta prædicta ad prædictas S. Didaci, & Portiunculæ feſtivitates extendimus, & ampliamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, univerſalibus, Provincialibus, & Synodalibus, Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus, necnon omnibus illis, quæ in præfatis indultis, & literis Apoſtolicis conceſſum eſt non obſtare; cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Tuſculi ſub annulo Piſcatoris 17. Octobris 1595. Pontif. noſtri anno 4.]

A primis veſperis, quoad Officiorum celebrationem, feſtivitates incipere, tradit Gloſs. *ad cap. Al-* 18
ma mater in ver. Aſſumptionis; facit *cap. quod die. diſt.* 75. *cap. omnes dies de feriis lib.* 2. *tit.* 9., & Com-

Digitized by Google

pletorium ad feſtivitates ſpectare notavit Thomas Tamburin. *lib.* 10. *de cenſ. tract.* 3. *cap.* 1. *de interdicto num.* 8.

Præfatum Privilegium cæteris Regularibus propter communicationem Privilegiorum, non ſuffragari tenet Pignatell. *loc. cit. num.* 32. cum per DD. ſub generali Privilegiorum communicatione non veniant ea, quæ rarò, & cum difficultate conceduntur. Raro autem, & difficulter Regularibus conceditur poſſe interdicta, etiam ad tempus, ſuſpendere, utpotè juriſdictioni Prælatorum data, ut populos ſuæ obedientiæ contineant;

19 Et cum Regularibus *cap. Epiſcoporum de Privileg. in* 6. *lib.* 5. *tit.* 7. eorundem cuſtoſtia ſub pœnis, ibi videndis, præcipiatur; ideò ab illis ad cæteros diſcurri non poteſt, juxta regulam juris, in ſexto, *Quod, quæ à jure exorbitant* (hoc eſt per Gloſ. *verb. quæ* à jure, deviant, vel diſcordant) *nequaquam ad conſequentia ſunt trahenda;* unde niſi in ſpecie aliis item concedatur, vel communicetur, in praxi ut nequibunt.

Et quia Clementina *cum ex eo tit.* 10. *de ſent. excom.* legitur ſpecificè prohibitum Fratribus præfati Ord. Min. admittere ad divina in ſuis Eccleſiis Fratres, & Sorores de Tertio Ordine, dum per ipſos, januis clauſis, præfata officia peraguntur; dubitatur: An modo eis liceat? & reſolvendum videtur affirmativè propter abſolutè, & generaliter diſpoſita in Concilio generali Lateranenſi ſub Leone Decimo (cujus certè Patres illam legem priorem in pectore habebant) *Conſt. dum intra*, Privilegiorum Regularium moderatoria *Bull. Cherub. tom.* 1. ubi *Et ne cenſura vileſcat Eccleſiaſtica, & minoris authoritatis interdicti ſententia reputetur, iidem dicti Tertii Ordinis* (ſuperiùs enumeravit) *ad divina audienda in Eccleſ. ſuorum Ordinum tempore interdicti, nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſam nutriant, ſeu foveant, aut, dantibus auxilium, conſilium, vel favorem quoquomodo præſtiterint*. Hinc à contrario ſenſu infertur: ſi cauſam interdicto non dederint, vel alio quovis modo culpandi, quoad id non ſint, admitti non prohiberi.

Alia privilegia data Prædicatoribus, & Minoribus, quoad hujuſmodi effectum celebrandi Divina januis clauſis, non pulſatis Campanis, & ſubmiſſa voce, ac tunc temporis ad ea admittendi ſuos Procuratores, familiareſque, dummodo cauſam non dederint interdicto, videnda relinquo in ipſorum Mari magno reſpectivè.

Et interim hoc unum, hic non omittendum cenſeo, quod interdi- 20
ctum differat *à Ceſſatione à Divinis:* cum hæc non ſit cenſura, neque pœna propriè dicta, *ſed ſimplex prohibitio Divinorum in ſignum graviſſimi mæroris ab Eccleſia concepti, propter graviſſimam injuriam ſibi, aut honori divino illatam*, ut hac ratione injuriantes, reſipiſcant, & Eccleſiæ læſæ ſatisfacere cogantur, ſicut *ex Clement. prima de ſent. excom.* deducit Layman. *Theol. moral.*

lib.

Digitized by Google

*lib.*1.*tract*.5.*par*.4.*c*.6., poſt ipſum notavit Engel. *loco alleg. num.* 101. eamque ſimpliciter, quoad effectum non æquiparari interdicto tradit Sylveſter *v. ceſſaſſio Divinorum cap.* 5.

Differt, quoque ab excommunicatione, tum majori, tum minori: ut *ſ*.1.*nu*. 10. ipſe Covar. concludit, & ex eorum intrinſecis ad diſcrimen deſcenditur; natura enim excommunicationis majoris eſt vi ſua abſolutè, & ſimpliciter privare
21 Sacramentorum, & precum participatione, fideliumque ſocietate; quod de interdicto adeò amplè non probatur; nam licet, & ipſum juxta allatam deſcriptionem *numer*. 1. multis privet, id per allata jura *nu*. 5. 6. 7. videtur multis modis reſtrictum, & limitatum, ut quoque notavit Covar. & poſt ipſum Piaſecus *num*. 9. docuit interdictos in humanis non eſſe evitandos. Aliud probant Canones diſcrimen, idque in eo conſtituunt, quod illa *ex capit. Romana de ſent. excom. in* 6. *lib*. 5. *tit*. 11., niſi in certas, & determinatas perſonas de Collegio nocentes, & culpabiles promulgetur; alterum verò, prout adducto *cap. non eſt de ſponſalibus*, poteſt in locum, & integram communitatem pronunciari, ut etiam innocentes liget, quamquam iſtos indirectè, & per accidens, quatenus, & quamdiù in loco, vel communitate interdicta morantur: ſepè enim innocentes damna, quamquam ſine culpa, non tamen ſine cauſa ſentiunt; ut expreſsè *text. in cap. quoniam frequenter, ut lite non conteſtata, &c. libr.* 2. *tit*. 6. *ver. ſi autem de carnali*: poteſtque ponderari in facto belli juſti.

Cujus differentia ab excommunicatione minori concludi *ex cap. ſi celebrat, de Cleric. excom. miniſtran.*, & ex hujus excommunicationis deſcriptione probatur, quæ neque Eccleſiaſtica ſepultura, neque auditione Divinorum, & Sacramentorum collatione, ſed ſolum paſſiva horum participatione, privat: ideò eoſdem non parit effectus, quos interdictum.

A ſuſpenſione quoque diſtinguitur, cum qua, tametſi materialiter convenire videatur, quia ipſa pari- 22
ter eſt cenſura, quibuſdam bonis ſpiritualibus privans, formaliter tamen prorsùs diverſa reputatur per Layman *ubi ſupra num*. 1. cum ipſa non omnibus illis privet, ad quæ extenditur interdictum, ſed aliquibus dumtaxat, quatenus proveniunt à poteſtate Clericali; ipſoſque Clericos, & Eccleſiaſticos propriè afficit, ex Angel. *cit. num*. 73. prout in ſpecie ejuſdem exhibet deſcriptio apud ipſum, & Piaſec. *eadem parte, & capit. art*. 12. *num*. 1., dum exprimit eſſe *cenſuram Eccleſiaſticam*, qua *Eccleſiaſticæ perſonæ inhibetur exercitium ſui officii Eccleſiaſtici*: de quo fuſius *cap. off. quoad pœnas Eccleſiaſticas*; unde magis extenditur ſignificatum interdicti; quo Eccleſiaſtici æquè benè, ac Laici ligantur, & non modò functionibus, vel juribus Eccleſiaſticis ipſos privat Clericos, verùm iſtos, cæteroſque eidem ſubmiſſos, omnibus iis, prout ſupra *num*. 1. notatur.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Officialis quoad Irregularitatem.

SUMMARIUM.

1 *Deſcribitur irregularitas, & dividitur v.* num. 61.

2 *Incurritur in caſibus in jure expreſſis.*

3 *In caſu de homicidio dubio irregularitas ligat.*

4 *Irregularitas non pendet à Miniſterio Judicis.*

5 *Ad eam incurrendam ex delicto requiritur opus conſumatum.*

6 *Baptizatus ab Hæreticis, & rebaptizati ſunt irregulares: & numerantur irregulares ex delicto uſque* ad num. 35.

7 *Miniſtrans in ordine, quem non habet, eſt irregularis.*

8 *Et ordinatus furtivè ſine licentia, vel extrà tempora, aut per ſaltum &c.*

9 *Item Hæretici, & Apoſtatæ à fide.*

10 *Et infames: de quorum numero, qui ſint,* ibi vide.

11 *Infamia alia Juris, alia facti.*

12 *Mutilatio exigit ſeparationem membri.*

13 *Ex amiſſione digiti, quando quis ſit irregularis?*

14 *Homicidium aliud voluntarium, aliud involuntarium.*

15 *Homicidium occultum habet annexam irregularitatem.*

16 *Non eſt irregularis occidens ſuum invaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ: pro defenſione Patris &c. affirmat: & pro illa rerum, diſtingue.*

17 *Non licèt occidere calumniatorem &c. ex* Alexand. VIII. & Innoc. XI.

18 *An Eccleſiaſtici poſſint arma ſumere pro defenſione Patriæ uſque* à num. 21.

19 *Cum remordet conſcientia occiſionis, irregularitas incurritur.*

20 *Laicus occidens in Bello juſto defenſivo eſt irregularis.*

21 *Dans cauſam Homicidio, eſt irregularis,* & à num. 23.

22 *Item Judex proferens ſententiam ſanguinis.*

23 *An Faber faciens Enſem, & vendens, ſit irregularis?*

24 *Voluntarium indirectè, unde dictum?*

25 *Furioſus occidens eſt irregularis.*

26 *Etiam dormiens, & quando? & ebrius.*

27 *Chirurgus, quando ſit irregularis?*

28 *Clericis ars Chirurgiæ probibita.*

29 *Mors illata ab urſo probat Dominum irregularem: explica.*

30 *Intentio aliquando operatur, ut cauſa.*

31 *Præſumitur voluntas occidendi in dante operam rei illicitæ.*

32 *Procurans abortum fœtus animati, eſt irregularis.*

33 *Gregor. XIV. moderatur Sixti V. Conſt.*

Digitized by Google

Conſt. effrenatam ; & *in quibus?*

34 *Non licèt procurare abortum fetus inanimis: ibi nota tempus animationis, tum in maſculo, tum in fœmina.*

35 *Irregularitas incurritur ex defectu perfectæ lenitatis.*

36 *An Religioſi poſſint eſſe accuſatores, & Teſtes?*

37 *Violantes Canones peccant mortaliter.*

38 *Cum proteſtatione poſſunt Religioſi malefactores denunciare.*

39 *Proteſtatio operatur, ut civiliter agere dicantur.*

40 *Non eſt irregularis Prælatus juriſdictionem temporalem habens, ſi mandet, ut juſtitia habeat ſuum locum.*

41 *Nec Cleric. inſervientes Ægris, licèt mors ſequatur.*

42 *Actus miſericordiæ excludit defectum lenitatis.*

43 *Quid dicendum de Confeſſario nolentem abſolvere &c. Judicem &c.*

44 *Illiterati ſunt irregulares.*

45 *Quid ſit intelligere linguam latinam?*

46 *Diverſitas literaturæ neceſſaria in promovendis.*

47 *Sunt irregulares Energumeni, Dementes, Epileptici &c.*

48 *Tempus incurabilis Epilepſiæ.*

49 *Sacerdos Epilepticus quando poſſit celebrare?*

50 *Aliquando poteſt cum coadjutore.*

51 *Illegitimi ſunt irregulares.*

52 *Subſequens Matrimonium legitimat illegitimos: limita.*

53 *Differentia inter Filios adoptivos, legitimos, naturales, & ſpurios.*

54 *Filii infidelium legitimantur per converſionem.*

55 *Quilibet præſumitur idoneus, niſi probetur indignus.*

56 *Tutius eſt expoſitos præſumere illegitimos.*

57 *An Filius teneatur credere Matri dicenti eum eſſe ex adulterio conceptum?*

58 *Filiorum legitimitas Matrimonio comprobatur.*

59 *Natus decimo menſe poſt mortem viri præſumitur legitimus.*

60 *Podagra facit viros luxurioſos.*

61 *Qui ſint debilitati, mutilati, & deformes?*

62 *Carens Oculo non poteſt ordinari: nec claudus baculo indigens.*

63 *In quibus Sacerdos carens digito neceſſario ad fractionem Eucbariſtiæ, poſſit miniſtrare.*

64 *Nulli in ſeipſum ſævire licet.*

65 *Caſtratio etiàm cauſa continentiæ, impedit Clericatum.*

66 *Caſtratus ad Collum non portat partem exectam.*

67 *Abſtemii non ordinantur.*

68 *Nec mancipia, niſi priùs libertatem receperint.*

69 *Obligati ad ratiocinia, an ordinentur: & qui ſint?*

70 *Hermafroditi non ordinantur.*

71 *Bigami ſunt irregulares: ibi vide diviſionem bigamiæ: ad quam eſt neceſſaria copula.*

72 *Poteſtas diſpenſandi in Regular. ex privilegiis habetur.*

73 *Diſpenſatio facta ſine cauſa eſt nulla.*

74 *Minores habent privilegium à*

Sixto

Sixto IV., idque Prædicatores, & alii &c.
75 *Limitatio.*
76 *In generali conceſſione non comprehenduntur caſus ſpecialiſſimi.*
77 *Numerantur quidam, ad quos facultas diſpenſativa Superiorum non extenditur.*
78 *Damnati ad Triremes ſunt infames.*
79 *Per profeſſionem, quæ irregularitas tollatur?*
80 *Superiores cum illegitimis, quoad bonores, dignitates, non diſpenſant, niſi cum Capitulis Generali, vel Provinciali.*
81 *An Regulares ex vi* cap. 6. ſeſs. 24. de ref. *poſſint in ſuos, quod Epiſcopi in proprios?*
82 *Ordinis Prædicatorum privilegium.*
83 *Delictum quando cenſeatur occultum?*
84 *Et quando deductum ad forum contentioſum?*
85 *Citatio eſt principium Ordinis Judiciarii.*
86 *In concedendis diſpenſationibus ſuper irregularitatibus, debent Superiores Regulares procedere cautè.*

1 ETiam Regularibus, maximè neceſſaria eſt irregularitatis notitia, quæ eſt *inhabilitas, ſeù impedimentum à jure Canonico inductum, quo quis inhabilis ſit ad ordines ſuſcipiendos, vel ad ſuſceptos exercendos*; dicitur irregularitas, ab *exceptione à Regula*: nam cum homines fideles Regulariter Ordines ſuſcipere, & in eis miniſtrare poſſint, ideò, qui ſpeciáliter excipiuntur, & prohibentur, irregulares nominantur.

Irregularitas alia *totalis* eſt, quæ omni Ordine ſuſcipiendo, & ſuſcepti exercitio privat; hujuſmodi generis eſt illa proveniens ex homicidio, bigamia &c. & alia *partialis*, quę Clericum Ordinatum non quolibet ordinum miniſterio privat, ſed eo dumtaxat, ad quod cenſetur inhabilis; ſic Sacerdos, cui fuit præciſus pollex, inhabilis ad celebrandum conſtituitur, confeſſiones tamen audire, modò ſit approbatus, non prohibetur. *Cap. Præsbyterum de Cleric. ægrotante lib. 3. tit.* 7. pro quo ex Abb. apud Layman *Theol. moral. lib. primo tract.* 5. *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 7. pro praxi ſequens notatur Regula; quod deformitas, vel debilitas ſuperveniens Clerico, eum reddit inhabilem dumtaxat, reſpectu illius officii, quod ob talem infirmitatem nequit ritè exercere.

Ad cognoſcendum, an quis incurrerit irregularitatem? videndum eſt, an caſus de quo quæritur, ſit in jure expreſſus, & ſpecificè nominatus; non enim ad hunc effectum propter identitatem, vel majoritatem rationis fit extenſio ab uno caſu ad alium, prout ex Navarro tradit Hasbenſis *Summ. ver. irregularitas num.* 239. nam, ex annotatis à Gobat. *experien. Theol. tract.* 16. *caſ.* 17. *ſeſs. prima, num.* 660. nulla irregularitas incurritur, niſi in caſibus in jure expreſſis, ut expreſsè *cap. is, qui de ſent. excomm. in* 6. *lib.* 5. *tit.* 11. 2

diſpo-

diſponitur. [Is, qui in Eccleſia ſanguinis, aut ſeminis effuſione polluta; vel qui præſentibus majori excommunicatione nodatis, ſcienter celebrare præſumit, licèt in hoc temerariè agat, irregularitatis tamen, (cum id non ſit expreſſum in jure) laqueum non incurrit;] & ita clarè exprimi debet, ut dubitari non poſſit, quin ipſa verba juris ſe extendant ad illos caſus; nam, ſi omnibus inſpectis, adhuc dubitaretur, an jus ad aliquem ſe extenderet, jam non eſſet expreſſum in jure, quod in eo caſu irregularitas incurratur: Lezzana *cit. verb. dubia Regul. num.* 8.

Verùm ſi dubium eſſet facti, ut ſi quis dubitaret, an verè fuerit ho-
3 micida? tunc tenendus eſſet irregularis ex *cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti de homicidio lib.* 5. *tit.* 12. ubi textus firmant, quod ſic dubius non debet in Sacris miniſtrare, nec celebrare: *cum in dubiis ſemitam debeamus eligere tutiorem, & in hoc caſu ceſſare ſit tutius, quàm temerè celebrare*: hinc, ſi Regulari dubitanti, an homicidium commiſerit, imperet Prælatus, ut celebret, obedire non tenetur: præſertim ſi Prælatus non habet in facultatibus, quod poſſit ſuper illa irregularitate diſpenſare; Lezana *ſum. tom.* 1 *cap.* 4. *nu.* 30.

Et quia præfata jura loquuntur dumtaxat in caſu de homicidio dubio. Hasbenſis adductus, & Lezana *ver. dubia Regularia*, non extendunt diſpoſitionem, adeò ut cenſeatur quis irregularis, ſi dubium facti ſit in aliis materiis: & confirmat Sperellus *deciſ.* 119. *num.* 48. ſcribens extra illum caſum neminem cogi, nec obligandum eſſe in conſcientia ad ſe credendum irregularem; & eſſe ſpeciale, in homicidio dubio, propter maximam indecentiam, quæ habet dictum crimen cruentum cum incruento Sacrificio, idem *deciſ.* 175. *num.* 50. plures allegans.

In jure irregularitas imponitur, cum dicitur: *non poteſt eſſe, vel non ſit Clericus, ad Clericatum non promoveatur, non miniſtret, non celebret*; & ipſo facto inducitur: tametſi non apponatur clauſula, *ipſo facto*, ſed exprimatur per verba de futuro: *ut erit, fiet, evadet irregularis*, quia ipſa irregularitatis natura, quæ non pendet à futuro miniſterio Judicis, petit, ut verba illa de futuro faciant hunc ſenſum, *deinceps debet ſe irregularem reputare*, & non ſignificant, nec eſt neceſ- 4
ſarium, ut præcedat, vel expectetur ſententia Judicis, etiam declaratoria criminis; ut optimè notarunt Hasbenſis *num.* 238., & Thomas Tambur. *lib.* 10. *de cenſ. tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 2.

Irregularitas alia ex delicto, alia ex defectu procedit, de quibus expreſsè Caſuiſtæ tractant, ideò videndi; & notandum juxtà communiorem DD. ſententiam ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiri actum externum conſummatum *cap. ſi quis non iratus* 15. *quæſt. prima*, Volpi *reſol. moral. num.* 19. 5
irregul. introdu.

Ex delicto itaque irregulares ſunt. Primò, ab Hæreticis baptizati, vel 6
aliàs

aliàs rebaptizati *cap. Afros diſt.* 98. *& cap. qui in qualibet C. prima quæſtione* 7. *& cap. eos, quos de conſec. diſt.* 4. excipiuntur parvuli, ex *cap. placuit; & cap. qui apud C. prima quæſtione* 4. dummodo ab hæreticis baptizentur, non ſuo judicio, ſed perfidia parentum; & poſtquam ad diſcretionem pervenerint, errori non conſenſerint, ut ibi optimè Gloſſa; quæ in *ver. promoventur*, tradit *cap. qui in qualibet* loqui de his, qui poſtmodum in adulta ætate hæreſi conſentiunt, vel, qui adulti ab hæreticis baptizantur; & Gloſſa *in cit. cap. qui in quolibet*, ampliat ad eum, qui, in quacumque ætate doli capax fuerit, apud hæreticos baptizatur; quod ignorantia inculpabilis excuſet, habetur *cap. qui bis ignoranter diſt.* 4. *de conſecrat.* juncta Gloſs. in *ver. ordinari, quia ignorantia facti eos excuſat*.

II. Qui rebaptizanti miniſtrat, irregularis efficitur, ut non valeat ad Superiores Ordines aſcendere, ut expreſsè firmat text. in *cap. ex literarum, de Apoſt. & reiter. bap. lib.* 5. *tit.* 9. præſertim ſi factum ſit publicum: & addendum, niſi rebaptizatio, diligenti præmiſſa inquiſitione ſuper receptione Baptiſmi, de qua ſit dubium, fiat ſub conditione, cum conditio, ſi exiſtat, ſuſpendat, & impediat actum; à fortiori dicendum de rebaptizante ſcienter per Layman *de irreg. cap.* 2. *num.* 1. Volpi *reſol.* 3. *num.* 2. & Lezana *tom.* 3. *cit. num.* 40. ex conſuetudine Eccleſiæ, & communi Doctorum.

Adultus, qui propter mortis periculum baptizatus eſt, Presbyter ordinari non debet *cap. ſi quis diſt.* 57. quia Fides non præſumitur voluntaria, ſed metu mortis facta: ſi tamen poſteà bonæ vitæ apparuerit, aut raritas hominum exegerit, poterit promoveri, ut, juncta Gloſſa, ibi expreſsè textus.

III. Clericus (idem de Religioſo dicendum) miniſtrans in pertinentibus ad ordinem, quem non habet, 7 ut expreſsè *lib.* 5. *tit.* 28. *de Clerico non ordinato*, ut infrà diſponitur; *ſi quis Baptizaverit, aut aliquod Divinum Officium exercuerit, non ordinatus, propter temeritatem abiiciatur de Eccleſia, & numquam ordinetur*.

IV. Diaconus ad Officium Sacerdotis promoveri non poteſt, ſi priuſquam eſſet in Presbyterum ordinatus, celebrare præſumpſit ex *cap. ex literis eodem tit.*

V. Qui furtivè ordinem ſuſcipit *cap. veniens, de eo, qui furtivè ord.* 8 *ſuſcipit eodem lib. tit.* 30. hoc eſt, qui contra Superioris licentiam promovetur, ut ibi notat Gloſſ. in *ver. furtivè*, vel omiſſo examine Epiſcopi, taxato per Trid. *ſeſs.* 23. *cap.* 12. *de refor. & cap. quando Epiſcopus diſt.* 24. vel qui aliqua cenſura irretitus, Ordines recipit *cap. cum illorum de ſent. excomm. lib.* 5. *tit.* 39. primam quoque tonſuram per Sperellum *deciſ.* 115. *num.* 52.

VI. Qui durante matrimonio, nondum conſummato ſuſcipere aliquem de Sacris Ordinib. præſumit, *extrav. Antiquæ concertationis Jo: XXII. de voto, & voti &c. tit.* 7.

VII. Qui

Digitized by Google

VII. Qui tempore cenſuræ or-
9 dinum munera exercet : *cap.cum æterni de ſent.& re Jud. in 6. lib. 2.tit.* 14. diſponitur ſuſpenſo , & *cap.is, qui de ſent.excomm. item in 6.lib.* 5.*tit.*11. de celebrante ſcienter in loco interdicto in caſibus non permiſſis ; & *cap.is cui eodem tit.* de eo , cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ , ſi contra interdictum divinis in ea ſe ingerat: poſſunt tamen ignorantia inculpabili, & probabili excuſari , *cap. Apoſtolicæ de Cleric. excommun. vel dep. lib.* 5. *tit.*27.

Notabis celebrantem , minori excommunicatione ligatum , irregularitatem non contrahere, textus expreſſus in *cap. Si celebrat eodem tit.*

VIII. Promotus per ſaltum ex *cap.ſolicitudo diſt.* 52. recipiens ſcilicèt Diaconatum, omiſſo Subdiaconatu, vel Oſtiariatu omiſſa Prima-Tonſura : Quam eſſe Ordinem contra Theologos probant Canoniſtæ apud Piaſecum *prax. part.prima cap.* 1.*num.*4. Sperellum *deciſ.* 114. *num.*19. Barboſ. *ad ſeſſ.* 33. *Trid. cap.* 1.*num.*1.*v.cap.Offic.quoad ordines num.*1.

IX. Omnes, & ſinguli , *qui abſque diſpenſatione Canonica , aut legitima licentia , ſive extra tempora à jure ſtatuta , ſive ante ætatem legitimam , vel abſque dimiſſoriis literis, (ut loquitur Pius II. conſt.cum ex Sacrorum)* apud Confect.collec. privil. mend. *ad aliquem ex Sacris Ordinibus ſe fecerint promoveri : ſi durante ſuſpenſione , quam ex eo incurrunt, in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint .* vide *cap. literas , cap. dilectus de tempor.ordinat.lib.* 1.*tit.* 11.

X. Hæretici, & Apoſtatæ à Fide, *cap. Presbyteros diſt.* 50. & *cap. qui in aliquo diſ.*51. Eorumque receptatores, defenſores, & fautores, ipſorumque filii uſque ad ſecundam generationem, ut expreſsè *c. Quicumque de Hæreticis in 6.lib.* 5.*tit.* 2., verum irregulares non ſunt eorum filii, & nepotes, ſi conſtet parentes ante mortem tales non deceſſiſſe, ſed emendatos, & reincorporatos unitati Eccleſiæ, prout in terminis *cap.ſtatutum eodem tit.*

XI. Item infames: *cum perſonis vilibus, & indignis portæ dignitatis patere non debeant, juxta legitimas ſanctiones, cap.inter dilectos de ex-
ceſſ. Prælatorum lib.*5.*tit.*31.& ex 10
Regula 87.*juris in* 6.*infamibus portæ non pateant dignitatum* : infames autem juxtà reſcriptum Stephani Papæ *cap. Infames cap.* 6.*qu.*1. ſunt omnes, [qui Chriſtianæ legis normam abjiciunt, & ſtatuta Eccleſiaſtica contemnunt: ſimiliter fures, ſacrilegi , & omnes capitalibus criminibus irretiti, ſepulchrorum quoque violatores; & Apoſtolorum, atque ſucceſſorum , reliquorumque Patrum ſtatuta libenter violantes , & omnes, qui adversùs Patres minantur , qui in omni mundo infamia notantur: ſimiliter, & inceſtuoſi, homicidæ, perjuri, raptores, malefici, adulteri, de bellis publicis fugientes, (tales ſunt rei læſæ majeſtatis, ut ibi Gloſs.) & qui indigna ſibi petunt loca temerè, aut facultates Eccleſiæ abſtrahunt injuſtè,

Digitized by Google

ſtè, & qui fratres calumniantur, aut accuſant, & non probant, vel qui contra innocentes Principum animos ad iracundiam provocant, & omnes anathematizati, vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia pulſi, & omnes, quos Eccleſiaſticæ, & ſæculi leges pronunciant. Hi nimirum omnes, nec ſervi ante legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec bigami, nec illi, qui curiæ deſerviunt, vel non ſunt integri corpore, aut ſanam non habent mentem, vel intellectum, aut inobedientes Sanctorum decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur, hi omnes, inquam, nec ad ſacros gradus debent provehi.]

Alleg. cap. inter dilectos enumerantur expreſsè aleatores, & uſurarii, ubi Gloſſa ad publicos reſtringit Textum, *& cap.* 6. *de ref. matrim. ſeſs.* 24. Tridentinum perpetuò infames declarat raptores mulierum; *& cap.* 19. *ſeſs.* 25. *de ref.* perpetua infamia decernitur in duellum deſcendentibus, eorumque patrinis: & hiſtriones *cap. maritum, diſ.* 33.

Notabis, alios eſſe infames infa-
11 mia juris, alios infamia facti; at quemlibet irregularitas afficit ex Cabaſut. *lib.* 5. *cap.* 20. illi dicuntur, quos ipſum jus infames eſſe declarat, ſed dependenter à ſententia declaratoria criminis: limita, niſi crimen ſit notorium: alii dicuntur per Engel. *colleg. Jur. Can. lib.* 2. *tit.* 20. *num.* 15. illi, qui ab ipſo jure expreſsè nulla infamia notantur, ſed tamen aliquid tale commiſerunt, ex quo eorum opinio, & exiſtimatio apud probos, & honeſtos viros gravatur.

Item obſervandum, quod ſæpè contingit infamiam contrahi ſine delicto vero, ſed ſolùm putativo, & præſumpto; & caſus eſt, dum innocens per falſas probationes, vel præſumptiones in judicio condemnatur; qui donec ſe purget, judicatur incapax ordinis, & beneficiorum; videndus *tit. de purgatione canonica*.

XII. Celebris eſt irregularitas procedens ex homicidio, & mutilatione. Mutilare enim, & occidere, quoad incurrendam irregularitatem, æquiparantur ex Gloſſa *in Clement. ſi furioſus de homicidio vo-* 12
luntario, requirente ibidem ad mutilationem, membri ſeparationem, vel truncationem, prout Textus *in cap. Clericis, ne Clerici, vel Monachi, lib.* 3. *tit.* 50. *& in cap. in Archiepiſcopatu de raptoribus lib.* 5. *tit.* 17.; non cujuſcumque membri, ſed principalis, habentis ſcilicèt diſtinctum officium, ut manus, pedis, brachii, naſi, auris &c. Ideò ex Gloſſa loco adducto, Clericus mutilando digitum non efficitur irregularis, quia digitus non eſt membrum, ſed officium membri. Limitatur apud Engel. *lib.* 3. *tit.* 12. §. 3. *num.* 53., niſi digitus ſit pollex, vel index; aut ſi ex vulneratione, vel debilitatione mem- 13
bri reddatur quis inhabilis ad ordines ſuſcipiendos, horumque exercitium.

Quod ex homicidio, inducatur irregularitas, patet ex integro titulo *de homicidio lib.* 5. *tit.* 12. in quo titulus homicidium ſecat in volun-

Digitized by Google

luntarium, & caſuale; per voluntarium, ad effectum incurrendæ ir-
14 regularitatis ex Gobat. *experient. Theol. trat.* 8. *caſ.* 15. *ſeſſ.* 1. *numer.* 170., & ad ſenſum *cap. ſi quis per induſtriam occiderit proximum tit. cit.* illud intelligitur, quod ex intentione formali occidendi committitur; per caſuale autem hìc illud venit, quod ex aliquo facto naſcitur, at præter directam agentis intentionem: & non illud, quod per inadvertentiam, & negligentiam non mortalem patratur, ut inferius.

Ex homicidio voluntario, & per ſe intento irregularitas eſt ine-
15 vitabilis, etiamſi nulla ratione ſit publicum, ſed occultum, *Trident. ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de ref.* Limitatur in eo, qui aliter non valens mortem vitare, ſe defendendo cum modera-
16 mine inculpatæ tutelæ, ſuum injuſtum invaſorem occidit, vel mutilat: ut in terminis firmat *cit. Clement. ſi furioſus*, verùm ſi aliter poſſet ſibi conſulere, aut fuga, aut clamore, vel aliàs, id ſibi non liceret, ut notat Gloſsa *in verb. dicitur ad caput interfeciſti de homicid. lib.* 5. *tit.* 12. Et quia *Clement. ſi furioſus*, dicit *invaſorem ſuum*, colligit Gloſſa *in ver. ſuum*, irregularem eſſe, qui pro neceſſaria defenſione parentis, filii, conjugis, vel alterius conjuncti interficit aggreſſorem: & tenet Fagnan. *ad cap. ſuſcepimus de homicid. numer* 16. Panimolla *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *num.* 55. Piaſec. *prax. par.* 1. *cap.* 1. *art.* 5. *num.* 9. tametſi licitè ſecundùm leges, & ſine peccato defendat, quia irregularitas, quandoque etiam ſine peccato incurritur, ut patet in Judice juſtam mortis proferente ſententiam, & cœteris juſtitiæ miniſtris. Et idem dicendum de occidente furem, vel calumniatorem pro defenſione honoris, vel rerum; quia litera non rerum, aut honoris, ſed ſuum invaſorem exprimit; limitatur apud Panimolla *cit. numer.* 58. de occidente furem volentem panem rapere, actu neceſſarium ad vitæ ſuſtentationem, quia ſic dicitur defendere ſuam vitam.

Furem, vel ſpoliatorem pro rebus tuendis ab invaſione, & rapina, aut calumniatorem ad defenſionem honoris, non licèt occidere, per ſpecificè diſpoſita ab Alex. VII. damnante ſub die 24. Septembris 1665. hanc propoſitionem.

Eſt licitum Religioſo, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non ſuppetit, ut ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi Religioſo, vel ejus Religioni publicè, & coram graviſſimis viris prædicta impingere, niſi occidatur.

Et Innocentius XI. dum ſub die 2. Martii 1679. has alias proſcripſit propoſitiones.

Fas eſt viro honorato occidere invaſorem, qui nititur calumniam inferre, ſi aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, ſi quis impingat alapam, vel fuſte percutiat, ſi poſt impactam alapam, vel ictum fuſtis, fugiat.

Re-

Digitized by Google

Regulariter occidere poſſum furem pro conſervatione unius aurei.

Non ſolùm licitum eſt defendere defenſione occiſiva, quæ actu poſſidemus, ſed etiam, ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos poſſeſſuros ſperamus.

Licitum eſt, tam hæredi, quàm legatario contra injuſtè impedientem, ne, vel hæreditas adeatur, vel legata ſolvantur, ſe taliter defendere: ſicut, & jus habenti in Cathedram, vel præbendam, contra eorum poſſeſſionem injuſtè impedientem.

Si quæratur: an Eccleſiaſtici poſſint arma capere pro patriæ, & pa-
18 rentum defenſione? & an propter-eà incidant in irregularitatem?

Dicitur ad primum, quod tametſi Clerici alios poſſint hortari ad pugnam in juſto bello (ſecus in non juſto, alioquin irregularitatem non evitant) *cap. igitur*, *cap. omni timore*, *cap. Hortatu*, *cap. ut pridem* 23. *quæſt. ult.* in propria tamen perſona pugnare non poſſunt, *cap. Cleric. & cap. Quicumque ibidem*, cum eorum officium reddat eos inhabiles ad pugnandum, ut firmat expreſsè Textus *in cap. ex multa devoto libr. 3. tit 34. §. de Clericis*, & notat Gloſ. *ad cap. petitio de homicidio in verbo remordet*: tenet D. Thomas, & plures alii allegati à Fagnan. *cap. petitio*, licèt in minoribus ordinibus conſtituti, *cap. eos, qui* 20 *queſt.* 3. & Gloſsa *ad caput cit. quicumque ex Clero*, neque poſſunt hortari ad occidendum, vel mutilandum, ſed ſolùm ad liberandam Fidem, vel Patriam per Sylveſtrum *Summ. v. bellum 3. qu.* 2.

Ad ſecundum verò reſpondetur, quod, ſi mutilationis, & occiſionis conſcientia eos remordeat, irregularitatem incurrunt; caſus eſt ad literam in *cit.* decretali *petitio*: ubi Honorius III. ſuper petione fa- 19
cta à Pelagio presbytero, pugnante in bello juſto contra hoſtes Crucis, & Fidei, eidem reſcripſit, *mandamus, quatenus, ſi de interfectione cujuſquam in illo conflictu tua conſcientia remordet, à Miniſterio Altaris abſtineas reverenter, cum ſit conſultius in hujuſmodi dubio abſtinere, quàm temerè celebrare*, & habetur *diſt. 5. cap. Clericum, qui paganum occiderit*, & facit regula, quod irregularis efficiatur, qui aliquem interficit, aut mutilat; & non reperiuutur exempti, niſi caſus furioſi, infantis, ſeù dormientis, & illius, qui mortem aliter vitare non valens ſuum occidit, vel mutilat invaſorem, ut allegat. *Clement. ſi furioſus.*

Nonnulli ſcribunt, quod, Clericus, vel Religioſus in bello juſto merè defenſivo propter neceſſariam defenſionem Religionis, vel Patriæ, & in caſu, quo deficiant Laici, qui poſſint hoſtium vim repellere, propria manu eos occidat, vel mutilet, ſit ab irregularitate immunis: & in iſto caſù loquuntur aſſerentes ex homicidio ob neceſſariam Patriæ defenſionem, non contrahi irregularitatem; & in eo admitti poſſe tradit etiam Fagnan. *cit.* quia tunc agitur etiam de propria defenſione perſonæ: ſecus dicendum

in

Digitized by Google

in caſu, in quo laici non deſunt, & ſufficiunt: quia tunc caſus non continetur ſub neceſſitate inevitabili: nec Clerici actio eſt neceſſaria ad allegatam defenſionem, ex Gobat. *tract.* 8. *caſu* 17. *ſeſs.* 2. *append.* 3. *lit. D.* & Layman *lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 9. *à n.* 2. apud quos irregularis non eſt Laicus in bello juſto defenſivo occidens pro ſalute Reipublicæ, vel pro liberanda Eccleſia ab aggreſſorum violentia: contrarium tenet Piaſec. *par.* 1. *cap.* 1. *art.* 5. & Engel *loco cit. n.* 58. loquendo præſertim de milite in bello, etiam juſto, liberè, ſpontè, gratis, vel pro ſtipendio pugnante (*argum. ex Clement. ſi furioſus* cum cenſeantur liberè ſe expoſuiſſe periculo homicidii, atque ideò perfecta lenitate carere.

21 Dans cauſam homicidio irregularis eſt, *ut cap. de cœtero hoc tit.* Alexand. III. reſcribit Epiſcopo Lucano, ſive id agat conſilio, vel præcepto, vel ope, *Si quis viduam diſt.* 50. & *cap. ſicut dignum eodem tit.* mandans aliquem vulnerari, licèt expreſsè inhibeat, ne mutiletur, vel occidatur, habetur *cap. is qui hoc tit. num.* 6., quia mandando in culpa fuit: & hoc evenire poſſe, debuit cogitare, ut optimè ibidem notat Gloſſa.

Si cauſa ſit propinqua, & proxima, non eſt dubium, cum, ut notat Gloſs. *in Allegat. cap. de cœtero*, quoad hoc, ita punitur, qui cauſam præſtat, ſicut & ipſe faciens, quamquam in eo non det operam rei illicitæ, ut patet in Judice profe-
22 rente ſententiam ſanguinis, ſi exindè ſequatur mors, ut *alleg. cap. Inter opera de ſponſalibus lib.* 3. *tit.* 1. tradit Fagnan. *ad c. de cœtero n.* 8.

Si verò cauſa ſit remota: diſtinguatur: vel eſt adeo remota, ut nullo modo ad homicidium ordinetur, & ſic ipſe Fagnanus *num.* 13. dixit ex ea nullam irregularitatem contrahi, & ita procedit Textus *in cap. exhibita de homicidio*, & ibi advertit Gloſſa *in ver. corruens*. 23
Unde Faber, qui fecit enſem, & vendit Titio, ex hoc ſolùm, ſi nil mali intendat, & de occiſione ſciat, non eſt in culpa, ſi cum ipſo homicidium committatur à Titio: & qui fecit feneſtram in Domo, ex qua quis ultro ſe præcipitat, non eſt ex eo præcisè in aliqua culpa, & eſt ſolùm cauſa remota, cum cauſa propinqua ſit fatuitas præcipitantis.

Vel, eſt cauſa veriſimiliter ordinata ad homicidium, ſic ut propter ordinationem ipſam præſtans ipſam cauſam remotam, videatur habuiſſe animum ad cauſatum: in quo casù ab irregularitate non eſt immunis: præſertim, ut limitat Fagnanus, ſi cauſam præbens dabat operam rei illicitæ, vel animo nocendi hoc fecit, aut diligentiam non adhibuit, quam potuit, aut debuit adhibere: facit Text. *in cap. continebatur eodem tit.* in quo decernitur irregularis Clericus, qui in ludo, falce interficit Laicum: quia ludendo dabat operam rei illicitæ: & quatenus etiam id ei licuiſſet, non adhibuit diligentiam, quam debuit: etenim, cum ſciret ludi conſuetudinem, falcem non removit à ſe: & ideo fuit

Digitized by Google

in culpa, ex annotatis à Gloſſ. *ibid. in ver. Romani Pontificis*.

Ponuntur regulæ ad cognoſcendum, quando ex homicidio caſuali, & non volito in ſe, incurritur irregularitas.

I. Incurritur, cum quis non adhibet diligentiam, quam debuit, & potuit adhibere, etiam ſi daret operam rei licitæ: jura ſunt clara *cap. ad audientiam de homicidio, de Presbitero verberante unum de ſua familia, & caſu ipſum vulnerante, cultro appenſo cingulo, quo illum corrigebat, & cap. ex literis de Præsbitero* deponente fœnum de curru, & fortuitò pertica percutiente puerum: ubi ambo irregulares declarantur, ut expreſsè Textus; ratio poteſt eſse, quia quamquam homicidium non ſit directè, & in ſe volitum, dicitur tamen in cauſa, interpretativè, & moraliter, quatenus prudentes rationabiliter judicant, & interpretantur præfatos homicidium voluiſſe, in omiſſione non adhibitæ diligentiæ, ad quam tenebantur: & ideò voluntarium dicitur indirectè, quia voluntas poteſt illud prohi-
24 bere, & non prohibet, undè Gloſs. *ad cap. ad audientiam in ver. quidam*, [notavit, quod, qui non adhibet diligentiam, quam debet, imputatur ei, licèt det operam rei licitæ: & facit Textus *in cap. Hi, qui arbores diſt.* 5. in quo diſponitur: Hi, qui arbores incidere videntur, ſi contigerit, ut cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles ſunt, atque innoxii, quia nec voluntate eorum, nec deſiderio homicidium perpetratum eſt: ſi verò aliqua culpa eorum, vel neglectu, morientis hominis, interitus cognoſcitur advenisſe, abjiciendi ſunt à gradu, & in Sacro Ordine nullatenus ſuſcipiendi.

Ex quo ſequitur, quod ſit irregularis, furioſus, qui ſua culpa incidit 25
in furorem, *cap. ſi quis inſaniens* 15. *quæſt.* 1. quod intelligitur, ſi dum exiſtens ſanæ mentis præcognoſcebat futurum eſſe, ut ſi iſtud comederet, in furorem incideret, & nil aliud quæreret, niſi homines interficere, vel mutilare, quod ex experimento cognovit, & nihilominus illud comedit, (aliàs ſecus) Fagnan, *ad cap. ad Audientiam de homicidio num.* 24. & ideò ob furoris cauſam punitur, in qua culpam habuit, & in qua homicidium eſt voluntarium, cujus circumſtantia culpam aggravat.

II. Dormiens, ſi cognovit, ſe aliquando noctu dormiendo conſueviſſe è lecto ſurgere, enſem evaginare, ſi diligentiam non adhibuit claudendo oſtium, vel removendo 26
arma, ut pluribus cumulatis tradit Fagnan. *ad allegat. cap. ad audientiam num.* 37.

III. Ebrius, qui ex propoſito ſe inebriavit, & ſciebat ſe conſueviſſe in ebrietate arma ſumere, & homines percutere: & de hoc idem *num.* 26. ait, non eſſe dubium: quod reſtringitur ad eum, qui ſua culpa in ebrietatem incidit, immoderatè bibendo, & in ebrietate homicidium committit.

Caſus in terminis habetur *cap. ſi conſtiterit de accuſationibus* apud Fagnanum *nu.* 26. & *nu.* 46. reſol-

vit

Digitized by Google

vit affirmativè, ſi advertat potum eſſe immoderatum, & in ebrietatem, cui tunc non ſolùm eſt voluntarius potus, ſed etiam ebrietas, ex qua homicidium procedit: & ideò eſt in culpa, quia dedit cauſam homicidio, ad minus remotam, & ad ipſum ordinatam (quæ ad incurrendam irregularitatem ſufficit ex dicendis) præcognoſcere enim debuit, & facilè poterat, poſſe contingere, ut in ebrietate aliquem percuteret: quia pluries injuriantur ebrii, quàm ſobrii.

Numero 49. abſolutè decidit in praxi, quomodocumque ebrium, homicidam debere ſe irregularem reputare, & à miniſterio Altaris abſtinere propter ſcandalum indè oriens: cum ſit abominabile, ut, qui intinxit manus in ſanguinem humanum, offerat Deo hoſtiam immaculatam: & etiam, quia in dubio, tum juris, tum facti, tenetur quis in foro pœnitentiali, vel quaſi pœnitentiali, amplecti partem tutiorem; præſertim, ut ait, in materia irregularitatis.

IV. Laicus Chirurgus, ſi pro-
27 pter ejus imperitiam, vel negligentiam mors ex inciſione, vel aduſtione ſequatur, argumentum in *cap. tua nos de homicidio*: ſecus ſi ſit peritus, & nihil omiſerit de neceſſariis, quia tunc caſus fortuitus ei non imputatur, ſed præſumitur, quod mors potiùs ex qualitate morbi eveniat; homicidium enim caſuale danti operam rei licitæ, & inculpabiliter operanti non imputatur, *cap. dilectus de homicidio*: ille autem in culpa non eſt, ut ſupponitur, & ei ars Chirurgiæ ex lege permittitur: idem extendas ad Medicum, flebotomantem; & ſimiles perſonas. Et in caſu dubii, an ex ejus negligentia, vel peritia deceſſerit: providit textus *in cap. ad aures de ætat. & qualit. ordinandorum lib.* 1. *tit.* 14. ubi in terminis, medicus propter dubium prohibetur à promotione.

Quatuor debent concurrere, ut Chirurgus non fiat irregularis: primum, ut officium illud ſibi conveniat: ſecundum, ut ſit peritus: tertium, ut adhibeat omnem diligentiam ſecundùm artem: quartum, ut inſtruat infirmum de his, quæ ſunt neceſſaria illius ægritudini: Propter primum eſt irregularis Clericus, licèt ſit in arte peritus, & omnem adhibeat diligentiam, quia ei per Sacros Canones ars Chirurgiæ interdicitur, textus 28
expreſſus in *cap. ſententiam, ne Clerici, vel Monachi lib.* 3. *tit.* 50. & *cap. cit. Tua nos*.

V. Ille, qui tenet animalia, urſum ſcilicèt, Leonem, vel aprum, qui conſueverunt nocere, ſi ab eis quis interficiatur, & ipſe eos non tenuit debito modo ligatos: argumen. 29
cap. alleg. Hi, qui arbores, & cap. ſæpè contingit ibidem.

Cum quis homicidio cauſam præbet animo nocendi; ob pravam enim intentionem tenetur de caſu fortuito, licèt aliàs daret operam rei licitæ, & cauſa eſſet remota *arg. cap. Hi, ſæpè cit.* & facit Gloſſ. *ad cap. de cætero de homicidio in ver. cauſam dediſſe*: ſic, licèt non ſit irregularis, qui fecit feneſtram,

per quam aliquis ſe præcipitavit, cum cauſa ſit valdè remota, & ad homicidium non ordinata, & aliàs opus licitum: eſt tamen, ſi ea intentione, ut alter ſcilicèt, ſe ex eâ præcipitaret, eam conſtruxerit, nam in ca-
30 ſu intentio operatur, ut cauſa, licèt remota ad homicidium ſit ordinata; & in ordinatis procedunt regulæ: *quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, & qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur:* videatur Gloſſ. *cit.* ſic pariter, ſi vendens arma, & venenum, ſciat, prævideat, aut ſubdubitet ementem ea comparare ad aliquem determinatè occidendum, irregularis eſt, ſi ea vendat.

Ex quibus colligi poteſt, quid dicendum in caſibus ſpecialibus videndis *tit.* adducto de homicidio.

Advertas ex Thoma Tamburi-
31 no *lib.* 10. *tract.* 4. *cap.* 15. *§.* 11. *nu.* 23. faciliùs præſumi, & colligi voluntatem occidendi, ſeù non cavendi homicidium, in eo, qui operam dat rei illicitæ, quèm in eo, qui operi licito vacat; quòd poteſt eſſe ratio, cur Pontifices in multis decretalium textibus ſint adeò ſoliciti ad examinandum, an committens homicidium caſuale, operam dederit rei licitæ, an illicitæ?

Procurans abortum fætus animati ſtatuitur irregularis, *cap. ſicut ex*
32 *literarum tit. de homicidio;* & id procedit, etiam ſi id quis procuret, vel ad præſervandam à morte prægnantem, velut ejuſdem fama in tuto ſit; nam ſemper reus erit homicidii, ex propoſito, & propria voluntate contra innocentem commiſſi, ut benè probatur ex damnata propoſitione ab Innoc. XI. ſub die 2. *Martii* 1679. hujus tenoris.

[Videtur probabile, omnem fætum, quod in utero eſt, carere anima rationali, & tunc primùm incipere eam habere, cum paritur, ac conſequenter dicendum erit, in nullo abhortu homicidium committi.

Contra hujuſmodi delinquentes Sixtus V. *conſtit. effrenatam* apud Quaranta *v. abortus*, decrevit habere locum pœnas propoſitas, & inflictas per Apoſtolicas conſtitutiones, & leges, contra homicidas, & ad ordines, & horum miniſteria inhabiles; ad quos extendit diſpoſitionem Trid. *ſeſs.* 19. *cap.* 7. *de ref.*

Quam Sixti Conſtit. moderatur Greg. XIV. Conſt. *Sedes Apoſtolica apud eumdem;* verùm, modera- 33
tio non ſe extendit ad pęnas privationis, inhabilitatis, poſt animatum fœtum taxatas, prout quoque docuit Piaſec. *cit.* in calce articuli; ſed ad duo reſtringitur: *Primò*, quod abſolutio peccati, & excommunicationis, quam Sixtus in hujuſmodi delinquentes tulit, & Sedi Apoſtol. reſervavit, eſſet reſervata Ordinario, & poſſet in foro conſcientiæ tantum, dari à quolibet Sacerdote, tum ſeculari, tum Regulari ad fidelium confeſſiones audiendas, & ad hujuſmodi caſus ſpecialiter per eundem loci Ordinarium deputato: *Secundò*, ut in ea parte, in qua Conſtitutio agit de pœnis procurantium abortum fœtus inanimis, aut exhibentium Mulieri-

Digitized by Google

lieribus, vel ſumentium remedia ſterilitatis, aut quocumque modo auxilium, vel conſilium eis dantium, ſit reducta ad terminos juris communis, ac Sacrorum Canonum, & *Conc. Trid.* diſpoſitionem, perindè ac ſi ipſa, quoad hujuſmodi partem, numquam emanaſſet.

Cœterùm, inconcuſſa veritas eſt, ut abortum fœtus inanimati numquam procurare liceat, cui acceſſit *alleg. decret.* Innoc. XI. damnantis item hanc propoſitionem: *licèt procurare abortum antè animationem fœtus, ne puella depræhenſa gravida occidatur, aut infametur:* & procurans, ſicut porrigens mulieri pocula, vel aliud ſimile exequens, ne poſſit concipere, vel ſoboles naſci, (licèt irregularitatem ex hominis homicidio evitet, quam Gloſs *ad cap. ſi aliquis de homicid. in ver. ut homicida* non contrahi aſſerit, niſi actu homo, jam animatus occidatur,) aliis pœnis tenetur, ut ibi, & *cit. cap. in ver. vivificatus* ipſa Gloſſa notavit, & expreſsè habetur *cap. Moyſes* 23. *q.* 2. ubi optimè Gloſſa *ver. det animam.*

De fœtus informatione, ſeù per animam rationalem informatione variæ ſunt ſententiæ; Thomas Fienus apud Cardenas *Criſ. Theol. ad propoſ. damn. ab* Innocent. XI. *diſ.* 22. *capit.* 1. *numero* 3. experimentis aſſerit infundi, prima quandoque, quandoque etiam ſecunda, aut tertia ad ſummum die; quod aliis examinandum relinquo, an ſubſiſtat?

Et ſolùm notamus ex *cit.* Cabaſutio *num.* 7., & Quaranta *num.* 5. fœtum humanum in maſculo anima rationali informari die quadrageſimo, in fœmina non niſi octogeſimo poſt conceptionem. Et ſi dubitetur, an maſculus ſit, vel fœmina, præſupponendum eſt eſſe animatum poſt quadraginta dies, quia in dubio tutior pars eſt eligenda, *allegat.* Quaranta.

Incurritur irregularitas ex defectu perfectæ lenitatis, & manſuetudinis: cui *ex cap. aliquantos diſt.*
51. ſubiiciuntur omnes Curiales in 35
cauſa criminali ſanguinis: & per Curiales veniunt, quotquot in curia ſeculari ſunt miniſtri in illa cauſa, & licitè auctoritate publica hominem deformant, hoc eſt occidunt, mutilant, & ad id cooperantur, ut Judex, accuſator, Advocatus, Teſtis, Notarius, lictores, ſatellites, carnifex, & cœteri, qui ad id à Magiſtratu acceperunt Poteſtatem; ad quod facit Gloſ. *ad allegat. cap. in ver: ad Sacerdotium*, & notant DD. Dicitur hanc irregularitatem oriri ex defectu perfectæ lenitatis, quia allegati non imitantur perfectè lenitatem, & manſuetudinem Chriſti, qui noluit pronuntiare dignam morte mulierem, quæ in adulterio deprehenſa erat, & pro perfidis Judæis Patrem oravit.

Notatur, quod Clerici, & Religioſi non poſſunt in cauſa ſanguinis eſſe accuſatores, ex *cap. ſicut Sa-*
cerdotes 2. *quæſt.* 7. nec teſtes *cap. Te-* 36
ſtimonium 11 *quæſt.* 1. niſi ad innocentis liberationem, ex ſui Superioris licentia, Cabaſut. *cit. cap.* 19. *num.* 20 nec Judices *cap. his, à quibus* 23. *quæſt.* 8. nec Notarius *cap.*

Digitized by Google

ſententiam ne Clerici, *vel Monachi lib*. 3. *tit*. 50.& ſi in eo deliquerint præter irregularitatem, peccati etiam mortalis ſunt rei, utpotè
37 in re gravi Canonum præſcripta violantes.

Cæterùm *cap. Prælatis in* 6. *lib*. 5. *tit*. 4. de homicidio; eis licet, quin irregularitatem incurrant, conqueri de ſuis malefactoribus coram Judice ſeculari, etiamſi crimina eſſent de iis, quibus debetur pœna ſanguinis, & mors ſequatur, dummodò expreſſam proteſtationem, quod pœnam ſanguinis non intendant, præ-
38 mittant; cujus formula in praxi ſit *accuſo*, vel *denuncio Petrum graſſatorem de furto mihi illato*: vel peto, *ut damnum mihi reficiatur*, *& bona reſtituantur*, *& caveatur*, *ne in futurum ſimile quid is contra me præſumat*: *at proteſtor*, *& profiteor me nolle*, *ut contra ipſum Petrum*, *ſanguinis vindicta exerceatur*; proteſtatio operatur, ut dicantur agere civiliter, quia non accuſant de crimine in ordine ad mortem, ſed ad refectionem damni recepti, ac ad cau-
39 telam, ne iterum à fure damnum recipiant.

Nec irregularis eſt Clericus, & quicumque alius Prælatus juriſdictionem obtinens temporalem, ſi ſuper delicto in ſua juriſdictione commiſſo, injungat alicui, ut ha-
40 bita facti veritate, juſtitiam ſequatur, licèt pœna ſanguinis per delegatum inferatur, textus expreſſus *in cap. Epiſcopus lib*. 3. *tit*. 24. *ne Cler. vel Mona.* dummodò non mandaverit, ut illum condemnaret ultimo ſupplicio, ſed ſolùm, ut procederet, prout de jure, per Gloſs. *ibid. in ver. Epiſcopus*.

Multò minus irregularitatem incurrunt Clerici, & Religioſi, qui aſſiſtunt, & ægris inſerviunt, quando, vel ipſi, vel eorum hortatu alii, eos cum debita circumſpectione movent in lecto, ut, vel cibus eis miniſtretur, vel quietiùs cubent, 41
tametſi inter eorum manus expirent nedum ex eo, quod hujuſmodi officia per ſe, & directè non tendant ad mortem, nec ad ejus accelerationem; ſed etiam quia, ubi actus miſericordiæ, & charitatis chriſtianæ reperitur, abeſt defectus lenitatis, ex quo irregularitas deberet oriri, Engell. *num*. 49. Cabaſut. 22. 42
23. Gobat. *tract*. 8. 672. referens veriſimile non eſſe, quod Pontifices voluerint per introductam irregularitatem tollere charitatis officia, vel ab exercitio actuum pietatis, & miſericordiæ homines avocare, lege Laym. *lib*.3.*tract*.12.*cap*.8.*nu*.2.

Irregularis non eſt Confeſſarius recuſans abſolvere Judicem, nolentem ultimo ſupplicio punire ex officio, & ſecundùm leges, flagitio- 43
ſum, ad legis præſcriptum, modò generaliter loquatur, ut puniat ſecundùm leges à Principe conditas propter bonum Reipublicæ: ubi directè nullius certè perſonæ pœnam mortis conſulit. Cabaſ. *n* 17.

I. Ex defectu animi incurrunt irregularitatem illiterati, prout *cap. illiteratos*, *diſ*. 36. Gelaſius Papa 44
reſcripſit ad Epiſcopos Lucaniæ. ubi notat Gloſ. quod ſufficit mediocris ſcientia: Et Trid. *cap*. 4. *ſeſs*. 23. *de refor.*, ſtatuit, ut prima Tonſura

non

Digitized by Google

non initietur; qui fidei rudimenta edocti non fuerint, *quique legere, & ſcribere neſciant*, & *cap.* 11., vult Ordines Minores non conferri, niſi iis, qui ſaltem latinam lin-
45 guam intelligant, hoc eſt, niſi, qui percipiant ſenſum, verbis latinis expreſſum, & ſententias latinas in patrium ſermonem vertere ſciant, de ſcientia neceſſaria ad Subdiaconatum, & Diaconatum loquens *cap.* 13. requirit, ut ordinandi in literis, & in iis, quæ ad ordinem exercendum pertinent, ſint inſtructi: & de
46 ea neceſſaria in Sacerdotibus *cap.* 14. *habet, qui ad Præsbyteratus Ordinem aſſumuntur, hi ſint, qui ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, ac adminiſtranda Sacramenta diligenti examine præcedenti idonei comprobentur*: De Epiſcopo, *c. omnes pſallentes diſt.* 38. ex ſeptima Synodo ſtatuitur: *qui ad Epiſcopatus promovendus eſt gradum, in promptù habeat legere ſcrutabiliter, & non tranſitoriè, tam Sacros Canones, & Sacrum Evangelium, quàm omnem Divinam Scripturam*.

II. Energumeni, ſeù arreptii,
47 aut à Dæmonibus obſeſſi *cap. Clericis diſt.* 33.

III. Dementes, Epileptici, & Lunatici *cap. maritum*, & *cap. uſque adeò ead. diſt.*

Notat Cabaſutius *cap.* 19. *num.* 8. *loc. cit.* conſuetudine irregulares non cenſeri eos, quibus antè completum decimum quartum ætatis annum, ſymptomata accidunt Epilepſiæ; aliàs magna Clericorum, & Sacerdotum pas foret irregularis, cum plures illis in teneris annis corripiantur, juxta ſenſum Hippocratis *aphor.* 28. *ſeſs.* 3. plurimi, inquit, *pueriles morbi, alii juxta dies quadraginta, nonnulli intra ſeptem menſes, quidam inter annos ſeptem, alii ipſis, etiam ad puberta-* 48
tem accedentibus; qui verò permanſerint, neque pueris circa pubertatem, neque fœminis cum menſtrua erumpunt, ſoluti fuerint, inveterare conſueverunt; qui *Aphor.* 7. *ſeſs.* 5. *reſcripſerat; Epilepſia ante pubertatem amotionem recipit, poſt vigeſimum verò quintum annum ferè comitatur ad mortem uſque*.

Iis verò, quibus poſt legitimam ad Sacros Ordines promotionem ægritudo Epileptica ſupervenerit, non negatur poſt, ſuſceptos Ordines exercere, ſi eos convaluiſſe conſtet, *cap. in tuis literis* 2. *quæſt.* 7., 49
& etiam, ſi authenticis documentis Epiſcopo appareat eos per integrum annum, ab ultimo lapsù computandum liberatos: expreſſus textus *eadem diſt. cap. Communiter*, ubi in terminis definitur: *ut nullus de iis, qui, aut in terram arrepti, à Dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant altaribus miniſtrare, vel indiſcuſsè ſe ingerant Sacramentis Divinis, exceptis illis, qui corporis incommoditatibus dediti, ſine hujuſmodi paſſionibus in terram probantur eliſi, qui tamen, & iſti, tam diù erunt ab officii ſui ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque unius anni ſpatio per diſcretionem Epiſcopi inveniantur ab incurſu Dæmonum liberati*: idem

de amentibus dicas. Et ſolum ſufficit exploratio dierum triginta, & non eſt neceſſarius annus, ſi dubitetur, & certò non conſtet de Epileptico caſu, ut obſervat Gloſ. *ad c. nuper 7. quæſt. 2. in ver. triginta*.

Et poſſe aliquem, nondum ab epilepſiæ ægritudine prorſus liberatum, ſi rarius corripi ſoleat, & id fiat ſine clamore, ſpumarum emiſſione, & corporis notabili agitatione celebrare, tenet Gloſ. *ad alleg. cap. communiter in ver. de iis, & cap. in ſuis literis ver. frequenter*, (& argumentum deducitur ex quo *ibidem*.
50 Alex. II. omninò celebrationem prohibeat Sacerdoti, ſi frequenter hoc morbo tangatur,) cum coadiutore tamen Sacerdote jejuno, qui ſacrum perficiat ſi fortè celebrans poſt inchoatum canonem corriperetur, *ibid.* Gloſs. immò cenſerem id agendum non eſſe, niſi conſulta S.C. C. à qua obtineatur facultas.

Ob defectum corporis ſunt irregulares 1. illegitimi, hoc eſt, qui,
51 reprobata à Canonibus conjunctione, naſcuntur: quibus *cap. ut filii lib. 1. tit. 17. de filiis Præsbyter.* eſt prohibitum ad ordines aſcendere. Ampliatur, ut procedat etiam in illo, qui ſecretò ſcit ſe eſſe illegitimum; ut propterea non poſſit in foro conſcientiæ ordines ſuſcipere, niſi obtenta diſpenſatione, quam Piaſec. *prax. Epiſc. part.* 1. *cap.* 1. *art.* 4. *num.* 8. tradit ſufficere eam obtinuiſſe ſecretò. Et in eo, qui legitimatur per Imperatorem, vel alium ſecularem Principem; hujuſmodi enim legitimatio non ſuffragatur, quoad ſpiritualia, cum *cap. lege diſt.* 10. Imperatorum leges nullum poſſint præjudicium inferre Sacris Canonibus, nec illis Eccleſiaſtica jura diſſolvi; & ad hunc effectum eſt neceſſaria legitimatio per Papam.

Limitatur, ut non valeat in natis ex ſoluta, & ſoluto, qui poſtea con- 52
traxerunt: nam filii, antea nati, legitimantur per ſubſequens matrimonium, *cap. tanta qui filii ſint legitimi lib.* 4. *tit.* 17. ut ſint habiles, etiam ad ordines ex Piaſeco *prax. Epiſ. part.* 1. *cap.* 1. *art.* 4. *num.* 12. & facit gloſs. *alleg. cap. in ver. legitimi*, magiſtraliter docens, eſſe quoad omnia legitimos ex eo, quod matrimonium omnia præcedentia purgat, maximè ſi eo tempore, quo geniti fuerint, nullum adfuerit impedimentum ad contrahendum matrimonium, quia ſi id adfuiſſet, tametſi poſtea contrahentes diſpenſarentur ſuper impedimento ad effectum contrahendi, & contraherent, filii tamen, antea nati, manerent illegitimi, niſi in diſpenſatione, cum illis quoque expreſsè diſpenſaretur.

Ideò non legitimantur ſpurii, hoc eſt nati ex adulterio, licet poſtea parentes contrahant, ut expreſsè Textus *cit.*

Ubi Gloſs. *in verb. repellendus* notat, quod quidam filii dicuntur *legitimi tantum, ut adoptivi*; alii *legitimi, & naturales, ut nati ex* 53
legitimo matrimonio: Alii *naturales, & non legitimi, ut nati ex concubinis:* Alii tandem *ſpurii, ut nati ex adulterio*.

Filii infidelium, qui poſtea convertuntur ad fidem, & in infidelitate

exi-

Digitized by Google

exiſtentes contraxerunt in gradu per Canones prohibito, ſed tunc eis
54 licito, *ex cap. gaudemus alleg. tit.* & per Gloſſam *ibidem* poſt converſionem legitimi reputantur; & ordinari poſſe, niſi ex alia cauſa prohibeantur, teſtatur Piaſec. *ſub num. cit.*

Alii limitant dictum principale etiam, ut non valeat in infantibus, *vulgò expoſitis:* quia præſumuntur
55 legitimi, facit *capit. cum deputati lib.* 2. *tit.* 1. *de Judiciis*, ubi *in ver. magiſter notavit* Gloſſa quod quilibet præſumitur idoneus, niſi probetur indignus; *& in verb. nationis* ſubdit, quod jus præſumit quemlibet eſſe dignum, niſi probetur contrarium, quæ ad caſum applicari poſſunt; præſertim, quia in dubio ſemper in favorem prolis judicatur, *alleg. capit. ex tenore;* tutior tamen per Piaſecum *cit. num.* 18. eſt ſententia reputans illos pro
56 illegitimis, & ita practicari, ac ſe ſuper eo diſpenſationes in Rom. Curia vidiſſe teſtatur.

Sed quid de filio, cui mater revelaret eum eſſe ex adulterio, & prohibito thoro conceptum? dicendum diſpenſatione egere, ſi id concludenter ei conſtet.

Et ſi quæratur, an teneatur filius
57 credere matri aſſerenti? Reſpondetur negativè, cum Piaſeco *cit. nu.* 8. Cabaſut. *Theor. jur. can. lib.* 6. *capit.* 22. *num.* 2. Gobat. *experien. Theologiæ tract.* 8. *cap.* 11. *ſeſſ.* 2. *num.* 432. Sperello *deciſ.* 175. *num.* 65. plures allegantes DD. nec quoad hoc poteſt filio nocere matris juramentum, & ejuſdem aſſertio conſtitutæ in ultimo vitæ agone, præſertim ſi ſemper fuit tractatus, & habitus, ut legitimus, & ut natus de ea, quæ habebatur vera uxor; quia per ea conſtituitur in poſſeſſione legitimitatis Fagnan. *cap. Lator, qui ſint filii legitimi numer.* 5. & adeo fortis præſumptio ædificatur per Gobat, ut contraria aſſertione deſtrui nequeat, maximè etiam, quia præſumptione juris de matrimonio cenſetur natus, qui oritur in conſiſtentia matrimonii, Textus in *leg. filium* 6. *in princip. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni jur.* apud Sperellum *deciſ.* 174. *n.* 1. & facit Textus in *cap. tranſmiſſæ hoc titulo:* diſponens non eſſe ſtandum dicto viri, & mulieris, negantium aliquem ſuum eſſe filium, niſi certis indiciis, & textibus contrarium conſtet: & per Gloſs. *ibid. in ver. Judiciis* pro filio videntur ſufficere: *ſi probet, quod illi tenebant eum pro filio, & ille eos pro parentibus, & quod natus eſt de illorum matrimonio, quia is filius eſt, quem nuptiæ demonſtrant:* quamdiù enim filius potuit ex matrimonio generari, numquam præſumitur ab alio genitus, niſi probetur maritum tempore conceptionis non ad uxorem
acceſſiſſe; filiorum legitimitas ma- 58
trimonio comprobatur, *cap. tanta eodem tit.* & maximè ſi fama viciniæ conſentiat, quæ in ſimilibus multum operatur per Gloſ. *ad alleg. cap. tranſmiſſæ, & cap. per tuas de probationibus lib.* 2. *tit.* 19. *& cap. illud de præſumptionibus eod. lib. tit.* 23. & Gloſſa *ad cap. manifeſta* 2. *quæſt.* 1. tradit, quod, cum quis publi-

blicè habitus eſt pro filio alicujus, eſt notorium notorietate præſumptionis eum eſſe filium.

Verùm, ſi tam vehemens eſſet matris perſuaſio, ut filius intus mente credere teneretur, hoc eſt, ſi evidenter oſtenderetur virum tempore conceptionis abſentem, vel impotentem ad copulam, vel defunctum fuiſſe, ut à ſcrupulis liberaretur, quibus ex eo poſſet agitari, pro obtinenda diſpenſatione deberet conari: videatur Sperellus locis alleg. plura ad dubium referens; notans, & cum ipſo Layman. *lib.* 5. *tract.*
59 10. *par.* 2. *cap.* 5. *num.* 23. quod, ſi filius poſt mortem viri naſcatur, in decimo menſe expleto, & undecimo per tres, vel quatuor dies incæpto, computando à die, quo vir coire poterat, legitimus præſumitur, etiam ſi tempore conceptionis
60 Pater eſſet ſexagenarius, & podagra laboraſſet; podagra enim eſt una ex ægritudinibus, quæ faciunt viros magis luxurioſos. Sperellus *deciſ.* 174. *num.* 23.

II. Corpore vitiati *cap. priſcis diſt.* 55. & ſunt in triplici differentia: alii ſunt debilitati: mutilati alii:
61 alii notabiliter deformes. *Debilitati* dicuntur, qui membrum aliquod ad Sacrum miniſterium neceſſarium inutile habent, aut qui continuo, & gravi morbo laborant; *Mutilati*, qui aliquo membro carent. *Deformes* tandem, qui enormem habent defectum, vel maculam in exterioribus membris; propter quod conſpici ſine horrore, irriſione, vel ſcandalo, aut ſine indecora converſione ad populum miniſtrare nequeunt; ex quo liquet, quid ſit dicendum de gibboſis, omninò ſurdis, leproſis, & oculo canonis impeditis v. *c. Officialis quoad immunit. num.* 16.

Debiles, & deformes ſivè ſua, ſivè aliena culpa debilitati, aut deformati, ad ordines non debent pro- 62
moveri, ut ſatis probatur *cap. Evangelica alleg. diſt.* ubi Gelaſius ſcribens Rufino Epiſc. firmat, *illi, cui erutus eſt oculus, non poſſunt ſecundum Canones Sacerdotii jura concedi; neque enim aliquid ei prodeſt, quod oculum invitus amiſit.*

Claudicatio, tametſi cenſeatur deformitas, non ideò impedit, quin poſſit quis ad ordines promoveri: textus expreſſus *in cap. ſi quis il quarto juncto cap. nullus Epiſcopus diſt.* 1. *de conſecrat.* dummodo baculo non indigeat, per Gloſſa *ibidem*, & procedit etiam, ſi hujuſmodi defectus non ſit ex opere illito contractus, ut clarè textus *cit. ſi quis*.

Inter mutilatos diſtinguitur: vel ſe ipſos ſpontè mutilarunt, ſivè cauſam mutilationis procurarunt, aut ab aliis caſu, vel ex juſta cauſa, infirmitatis nimirum, vel perſecutionis ſunt mutilati.

Poſteriores ad Clericatus Officium admittuntur *cap. qui partem, cap. ſi quis il ſecondo, cap. eunuchus, cap. ſi quis il terzo; cap. lator diſt.* 55. Dummodo membrum ſine culpa amiſſum non impediat uſum ordinis, nec notabilem deformitatem inducat, aliàs inhabilis eſſet *cap. expoſuiſti, & cap.* Thomas *lib. primo tit.* 20. *de corpore vitiatis*;

& ex-

Digitized by Google

& extenditur per Gloſſ. in *verb. manus ad alleg. cap. expoſuiſti*; & notavit Piaſec. *cit. art.* 6. *nu.* 3. ad eum, qui ſine culpa amiſit digitum neceſſarium ad fractionem Euchariſtiæ; cui, ſi Sacerdos ſit, *cap. Presbyterum*
63 *lib.* 3. *tit.* 6. *de Cleric. ægrotan.* non prohibetur miniſtrare in cæteris Officiis Sacerdotalibus.

Primi verò, vel ab Ordinibus, vel ipſorum exercitio omninò removentur, *cap. ſi quis il ſecondo dict.* 55. ſivè mutilatio integrum, ſivè partem membri reſpiciat *cap. ſi quis partem eadem diſt.* in quo, non tam conſideratur defectus, quàm ſævitia, & mala voluntas, facit Gloſs. *ad cap. ſignificavit tit. cit.*
64 *de corp. vitiat. in ver. noſtra*, ex quo nulli ſævire liceat in corpus ſuum, cum nemo ſit dominus ſuorum membrorum.

Cap. ſi quis il primo diſt. alleg. ſtatuitur, ut non fiat Clericus, qui ſibi virilia amputavit, vel amputari
65 permiſit, etiamſi per Gloſſ. *ibid.* cauſa continentiæ id egerit, vel putarit obſequium ſe præſtare Deo, *alleg. cap. ſignificavit*: cum non ferro, ſed religione quærenda ſit caſtitas, prout tradit Gloſſ. *in ver. obſequium*; quod certè ampliatur ad eum, qui ſe permittit caſtrari ad vocem muſicam conſervandam, contra Gobat *experient. Theolog. casù* 15. *ſeſs.* 2. *tract.* 8. *num.* 689. alioſque relatos ab Engel. *lib. primo tit.* 20. *num.* 11. ea ratione, quod nullus ſit ſuorum membrorum dominus, nec in ipſorum poſſit abſciſſione conſentire, niſi quatenus id exigit conſervatio totius corporis, aut membri principalis: arg. *cap. ſi quis il terzo diſt. cit.*

Notetur, quod caſtratus, qui vel de jure, vel ex diſpenſatione ad ordi- 66
nes admittitur, non debet partem exectam, in pulverem redactam, ad collum portare, quod obſervat Gloſs. *ad alleg. cap. Eunuchus*, *in ver. ſi in perſecutione*, quia non ideò minùs eſſet evitatus, & integritate corporis deſtitutus.

Inter corporis defectus numerantur, etiam Epilepſia, dementia, de quibus ſupra.

Abſtemii item ordinari non debent, propter periculum in celebra- 67
tione. Piaſec. *cit. art.* 5.

III. Servi *cap. inſtruendi eodem lib. tit.* 18., & integra *diſt.* 54. nec hìc confunduntur cum famulis, qui 68
menſtrua, vel annua mercede hominibus inſerviunt, cum iſti verè ſint liberi, ſed eos propriè ſignificant, qui alteriùs dominio, & poteſtati diſpoticè ſubduntur, & nominari ſolent mancipia; de quibus *cap. de ſervorum ordinatione cit. tit.* ſtatuitur, ut ad ordines, etiam minores, per Gloſſ. *in ver. non promoveantur*, niſi antea fuerint manumiſſi, hoc eſt, niſi priùs eorum domini libertatem conceſſerint, vel, niſi horum præſumatur conſenſus, ſaltem tacitus: vel niſi annis viginti, exiſtimaverint ſe eſſe liberos, cujus tractu ab eis libertatem præſcribi tradit Gobat. *loco cit. numer.* 673., nec interim tractatur quis, ut mancipium, ſervus, ſi non fluxerit tantum temporis, & ſciebat ſe non eſſe mancipium: quia *malæ fidei poſſeſſor ullo unquam*

tem-

Digitized by Google

tempore præſcribit Regul. 11. *juris in* 6.

IV. Obligati ad ratiocinia *cap. magnus lib. cit. tit.* 19. ut Procuratores, actores, executores, tutores,
69 & ſimiles aliquam bonorum adminiſtrationem habentes, qui omnes ordinari non debent: niſi priùs depoſito onere, & reddita adminiſtrationis ratione, vel, aut data principalibus cautione de ſatisfactione, ab eis libertatem acceperint, modo aliàs digni inveniantur.

V. Hermaphroditi ex Piaſec.
70 *par. cit. art.* 3. *num.* 2. Engel. *lib. alleg. tit.* 20. *num.* 18. Miranda *tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 4. *Conſt.* licèt in eo ſexus virilis prævaleat, propter moralem indecentiam, & monſtruoſitatem, cum non ſit ſimpliciter vir, & naturam fæminæ participet.

Incurritur irregularitas ob defectum Sacramenti Matrimonii non perfectè ſignificantis, quod ſignificat; & cum ſignificet conjunctionem Chriſti cum unica, & imma-
71 culata ſponſa Eccleſia, ideò bigami ea innodantur *cap. ut bigami, & cap. ſuper eo lib.* 1. *tit.* 21. *de bigamis, & cap. priſcis diſt.* 55. ſivè conſtituantur bigamia *propriè dicta*, conſiſtente in hoc, quod quis ſucceſſivè duas legitimas habeat uxores, & ambas cognoſcat; ſivè *interpretativa*, ut cum quis unam ducit, quæ fuit ab altero ſivè intra, ſivè extra Matrimonium carnaliter cognita: expreſsè *cap. maritum diſ.* 33. *ubi ſtatuitur, maritum duarum poſt baptiſmum matronarum, Clericum non ordinandum, neque enim, qui unam quidem, ſed concubinam, non matronam habuit; nec illum, qui viduam, aut repudiatam, vel meretricem in matrimonium aſſumpſerit.* Sivè *ſimilitudinaria*, ut cum quis in Sacris Ordinibus Conſtitutus, vel poſt votum ſolemne Religionis, & Caſtitatis, cum mulieribus de facto contrahit, quas carnaliter cognoſcit: reputatur enim inter bigamos *cap. nuper tit. cit.* non propter defectum Sacramenti, cum in caſu, propter impedimentum dirimens, matrimonium ſit nullum, ſed *propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto*, ut textus concludit, ex eo ſcilicet, quod, quantum in ipſo fuit; mulieres ſibi matrimonialiter conjunxit.

Ad Bigamiam per Engel. *lib.* 1. *tit.* 21. *num.* 4. eſt neceſſaria perfecta copula, & non ſufficit nudus contractus matrimonii, etenim tunc revera habetur defectus unitatis Sacramenti, cum contrahens verè carnem ſuam in plures, vel unam, non immaculatam, dividit.

Quòd attinet ad poteſtatem diſpenſandi per Regularium Superiores cum ſuis ſubditis in irregularitatibus, inſpicienda ſunt indulta à 72
Sancta Sede, Religionibus data: & videndum, an uni conceſſa extendantur ad cæteras? an verba conceſſionis facultatem reſtringant? an ſint certis conditionibus qualificata, ut eas obſervare pro valida diſpenſatione ſit neceſſarium? & an per poſteriores Pontificum diſpoſitiones ex integrò, aut in parte revocentur, per clauſulam derogatoriam privilegiorum *non obſtantibus quibuſcumque privilegiis &c.*? ut

notat

Digitized by Google

notat Lezana *Sum. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 41.

Et nunquam, licét repererint id ſibi, vel generaliter, aut limitatè
73 conceſſum, debent ad diſpenſationem procedere, niſi ex legitima cauſa; & id ex natura diſpenſationis exigentis eam rationabilem, aliàs per DD. eſt irrita, & invalida, & facta ex abusù poteſtatis, datæ Prælatis in ædificationem, & non ad deſtructionem.

Minorum Religio ad id obtinuit
74 privilegium à Sixto IV. Conſt. *regimini, Mare magnum nuncupata*, prout ſequitur, Generali, & Provincialibus Miniſtris dicti Ordinis, pro tempore exiſtentibus, & illorum Vicariis diſpenſandi cum dicti Ordinis Minorum profeſſoribus defectum natalium, ex adulterio, ſacrilegio, inceſtù, aut quovis alio nefario, & illicito coitù provenientem, patientibus: necnon cum his, qui ex quavis cauſa, præterquam homicidii voluntarii, bigamiæ, & mutilationis membrorum, irregugulares forent, poſtquam Ordinem ipſum profeſſi fuerint, ut defectu, & irregularitate hujuſmodi non obſtantibus, irregulares ipſi ad quoſcumque, etiam ad Sacros Ordines, promoveri, & in illis, etiam in Altaris miniſterio, miniſtrare, & tam ipſi irregulares, quàm defectum natalium patientes prædicti ad quaſcumque adminiſtrationes, & officia dicti Ordinis, eligi, recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere, liberè valeant, motù, ſcientia, & authoritate prædicta concedimus.

Idem omninò, & ſub iiſdem ferè terminis legitur reſpectivè *in Mari magno Prædicatorum, Heremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, Servitarum, & Minimorum, & alia aliis data fuerunt.*

Verùm eſt obſervandum, quod licèt privilegium amplam referat conceſſionem, & ſolùm expreſsè 75
excipiat irregularitates, quæ contrahuntur ob homicidium voluntarium, mutilationem, & bigamiam, & ex eo videatur ampliare facultatem ad diſpenſandum in omnibus aliis, juxta commune dictum, quod exceptio firmat Regulam in non exceptis; nihilominus in praxi adeo larga poteſtas facilè exercenda non eſt, ex Hasb. *ſumm. ver. irregul. nu.* 254., & per Lezzan. *ſum. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 42., *& tom.* 5. *comment. in Mare magn. Min. n.* 141., & Miranda *Manuale tom.* 2. *qu.* 8. *art.* 5. *concl.* 1. à generali illa facultate diſpenſandi intelliguntur excluſæ omnes, & ſingulæ irregularitates, quæ procedunt ex aliquo enormi corporis, vel etiam animi vitio, & defectu, ex quo poſſet generari ſcandalum in fidelibus videntibus celebrare eum, qui præfatis afficeretur; etenim cum ſint caſus ſpecialiſſimi, credendum eſt Pontificem non voluiſſe illos comprehendere in generalibus conceſſionibus, propter *Regulam* 81. *juris in* 6. *in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter, in ſpecie conceſſurus;* præſertim etiam, quia 76
vix ſuper ſimilibus irregularitatibus ipſe Papa diſpenſat.

Et diſpenſare nequeunt cum ſub-

ditis

ditis amentibus, furioſis, epilepticis, lunaticis, energumenis, enor-
77 miter leproſis cum abſtemiis, deformiter gibboſis, notabiliter claudis, & gallico morbo affectis, cum habentibus manus tremulas, ut ſit effuſionis periculum, cum omninò illiteratis, & ſimilibus; hujuſmodi enim non poſſunt, nec decenter, nec congruè Altaris miniſterio deſervire; Nec cum notorio ſodomita, quia indubiè ſcandaloſum eſt talem ad miniſterium Altaris aſſumere, neque cum damnato triremibus, poſt quàm revertitur: ſupponitur enim ſic damnatos eſſe infames infamia juris, adeoque irregulares
78 ex Lezzana *tom.* 1. *cap.* 16. *nu.* 32., *& ad Mare mag. min. nu.* 146., & id propter ſcandalum, quod ex eo poſſet oriri; & eſt ad formam vulgati axiomatis: à *triremibus ad Altare non datur regreſſus;* alia vide apud DD. Tamb. *de jure Abb. to.* 3. *diſp.* 15. *par.* 4. *n.* 3. Mirand., alioſque.

Per profeſſionem in Religione approbata tollitur irregularitas, quæ
79 naſcitur ex defectu natalium; adeò ut, qui in ſeculo erat irregularis, quia illegitimus, profeſſione emiſſa, ſit habilis ad Ordines ſuſcipiendos, textus expreſſus *cap.* 1. *de Filiis Præsbyterorum: ut Filii Præsbyterorum, & cœteri ex fornicatione nati ad Sacros Ordines non promoveantur: niſi aut Monachi fiant, vel in Congregatione Canonica Regulariter viventes: Prælationem verò nullatenus habeant*: DD. apud Lezzan. *to.* 1. *c.* 3. *nu.* 2. id extendunt, etiam ad uſum ordinum ſuſceptorum antè profeſſionem.

Poterant Prælati Regulares diſpenſare cum illegitimis ſibi ſubditis, ut ad Prælatitias, & Ordinis dignitates promoveri valerent, ut ex *nu.* 74., verùm modò id per ſe ipſos præſtare nequeunt, ſed ſolùm cum Generali, Provinciali, ſeù intermedio Capitulo, prout Greg. XIV. modificando duas Conſtitutiones Sixti V. editas ſuper inhabilitate natorum ex inceſtu, aut ſacrilegio, ad Profeſſionem Religioſam, & dignitates, gradus, & Ordinis honores; qui extendens illas, quoad præfatos gradus, & ordinis honores, ad ex non legitimo thoro natos, diſpoſuit, ut ſequitur, *Circumſpecta*, & infra poſt enunciatam Sixti diſpoſitionem: [Volentes, iiſdem Conſtitutionibus non obſtantibus, eos, qui quovis modo illegitimi procreati fuerint, ad habitum, & profeſſionem Regulares admitti poſſe, quemadmodum admitti poterant, ſi ſupradictæ Conſtitutiones editæ non fuiſſent: & deinde.

Volumus quoque, ac licere Generali, aut Provinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hoſpitalium, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat juxta tenorem privilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis connexorum, quæ dummodo uſu recepta, nec aliàs ſub ullius revocationibus comprehenſa ſint, ut præfertur, in hac parte revalidamus cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Provincialis, cum Generali, Provinciali, 80
ſeù intermedio Capitulo (& non alias) ſuffragantibus meritis, dignos judicaverint, ad honores, gradus, & di-

Digitized by Google

& dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes hujuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcumque, ut antea, valere, & tenere perindè, ac ſi ſupradictæ Conſt. non emanaſſent,] Confect. *Collect. privileg. Mend. par.* 1. Semper excipitur Generalatus *argum. ex* Conſt. Romanus Pontifex Innoc. XII. edita ſuper facultatibus Majoris Pœnitentiarii; & modò privilegia ſint in uſu.

Advertendum, quod ex vi præciſè Decreti Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de ref.* tribuentis Epiſcopis faculta-
81 tem diſpenſandi in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, non poſſe Prælatos Regulares in illis diſpenſare, ut notavit Lezana *tom.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 35. & Fagnanus *ad cap. cum illorum de ſent. excomm. ſub num.* 27. uſque ad finem: colligit diſpoſitionem Decreti non comprehendere omnes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes; ex quo allegati Prælati, quamquam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos ſubditos habeant, non ſint propriè, & verè Epiſcopi, & Concilium *verbo Epiſcopis*, utitur, quod in materia ſtrictè, & propriè interpretanda, plerique apud eundem *num.* 31. dixerunt, interpretandum eſſe pro conſecratis tantùm, & facit quod cum in ſpecie alias quæſitum eſſet: *an facultate conceſſa Epiſcopis à Decreto Concilii ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *etiam inferioribus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus, in locis ſuæ juriſdictionis, uti liceat: die* 9. *Decembris* 1582. *S.C. cenſuit non licere; & idipſum firmavit*, cum Abbas Aquiſnatem, juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, habens in ſubditos, declarari poſtulaſſet, *an facultas tributa Epiſcopis à Concilio, Decreto cap.* 6. *ſeſſ.* 24. *ipſum comprehenderet; quæ cenſuit non comprehendere ibid. nu.* 33. & conſentit Tambur. *alleg. quæſt.* 8.

Nihilominus ex Sanctæ Sedis Clementia Ord. Prædicat. Prælati, & alii cum ipſis communicantes, id 82
poſſunt in ſuos, quod Epiſc. ex vi Trid. nam Pius V. Conſt. *Romani Pontificis* apud Confect. *cit.* indulſit Prælatis Ordinis Predicatorum, ut ſequitur.

[Et inſuper, quia Oecumenicum Gen. Trid. Con. conceſſit Epiſcopis, ut abſolvere poſſint in foro animæ, ſeù conſcientiæ ab omnibus peccatis, & diſpenſare in irregularitatibus, prout *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. habetur; ne Prior Conventualis, & Superiores Prælati dicti totius Ordinis, tam in dicta Provincia, quàm extra eam ubilibet, deterioris conditionis, quàm Clerici, aut ſeculares exiſtant, eiſdem Priori Conventuali, & Superioribus Prælatis, ut ipſi per ſe ipſos, idem omninò poſſint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis ſibi ſubditos, quod poſſunt Epiſcopi in Clericos, & Laicos ſibi ſubditos, tam quoad abſolvendi, & diſpenſandi hujuſmodi, quàm alias quaſcumque facultates, eiſdem, authoritate, & tenore perpetuò concedimus, & indulgemus,

Digitized by Google

mus, tenet Piaſec. *part*. 2. *cap*. 3. *art*.6.*num*.80. aliique apud Tamb. *cit*. *quæſt*. 8.] ibi notantem Pium non declarare prædictam Concilii diſpoſitionem, pro Epiſcopis ad Prælatos Regulares extendi, ſed eam ipſum extendere, ut liquet ex illis verbis, *quia S. Concilium conceſſit Epiſcopis*, uſque ad illa, *perpetuo concedimus*.

Verùm debet irregularitas eſſe qualificata ad tenorem Concilii; procedere nimirum ex delicto, & delictum debet eſſe occultum; hic (ſalvo verò ſensù Concilii) poteſt accipi non ſolùm pro omninò occulto, pro eo nimirum, quod per duos teſtes probari non poteſt ex Genuenſi *prax*. *cap*.67.*nu*.7. ſed etiam pro penè occulto, & prout opponi-
83 tur notorio, & manifeſto, vel publico; & ſic occultum dicitur, quod quinque ſciunt, ex Gloſs. *ad cap*. *manifeſta* 2. *quæſt*. 1. dummodò, ut notat Piaſecus *cit*.*art*. 10.*n*. 2., nulla fama inde ſit orta, & poſſit tergiverſatione celari; in dubio autem tutius erit recurrere ad Judices non dubios, vel prudentis arbitrium, qui juxta circumſtantias facti occurentis, faciliùs poterit diſcernere, inter occultum, & publicum.

Requiritur etiam, ut delictum non ſit deductum ad forum conten- 84
tioſum: cenſetur autem per Piaſec. *cit*., & Genuenſem *num*. 4. ſic deductum per interpoſitam citationem: facit Gloſs. *ad cap*. *Eccleſia S*. *Mariæ de conſt*. *lib*.1.*tit*.2. *in ver*. *conventi*; notans citationem eſſe principium, & fundamentum 85
ordinis judiciarii: argum. *cap*. *inter quatuor de major*. *& obed*. *eodem lib*.*tit*.33.

Cæterùm in uſu diſpenſationum ſuper irregularitatibus eſt ſemper ca- 86
venda, tum Ordinariorum offenſio, tum populi admiratio, & ſcandalum, ut loquitur Layman, *cap*. 9. *de irregular*. ac abuſus poteſtatis, ſæpè per poſteriora jura limitatæ, & reſtrictæ; & videndum, an quoad hoc privilegia ad praxim fuerint deducta, & ſint in uſu, & non comprehenſa ſub aliqua revocatione; qui plura deſiderat percurrat Layman, Engel., Panimolla, Piaſecum, Sylveſtrum, Volpi locis ſuperius allegatis.

C A P U T IX.

Officialis quoad Legata.

S U M M A R I U M.

1 *Dubia ſuper legatis Bonorum Mobilium*.
2 *Super Legatis factis Fabricæ*.
3 *Super Legat*. *annuis cum onere*.
4 *Super Legatis annuis ſine onere*.
5 *Reſpondetur dubiis poſitis numero primo*.
6 *Et illis ſub numero ſecundo*.
7 *Et aliis ſub numero tertio*.
8 *Et cœteris notatis num*. 4.

9 *Sac*.

9 *Sac. Cong. Conc. declaratio, & decret. S. Cong. Epiſ.*

[UT in dubiis, quæ impoſterum, quoad Legata Fratribus Minorum de Obſervantia, & Reformatione relicta, potuiſſent oriri, prompta eſſent remedia, & Sanctæ Sedis declarationes non deeſſent, ipſa ſatis providit. Et ego hùc, ex Fagnano *cap. nimis prava de exceſſ. Prælat.* transfero, quas Sacra Congreg. à fel. rec. Urbano VIII. Fratrum Min. de Obſerv. Conſultationibus præpoſita, edidit, ut infra.]

1 *Diſtinctio prima de Legatis Bonorum mobilium.*

[Articulus Primus. An Fratres Minores, tam de Familia, quàm Reformati, ſint capaces Legatorum Bonorum Mobilium, quæ unica ſolutione, ſeu præſtatione adimplentur, tam in pecunia numerata, quàm in aliis ſpeciebus?

Art. 2. An poſſint eadem legata in judicio, aut extra exigere per ſe ipſos, vel Syndicum Apoſtolicum?

Art. 3. An Fabricæ S. Petri liceat in hujuſmodi Legatis ſe ingerere infra annum, ex quo dies legati ceſſit?

Art. 4. Et quid elapſo anno?

Diſtinctio ſecunda de Legatis factis Fabricæ.

Articulus Primus. An valeat Legatum annui redditus factum Fabricæ, Sacriſtiæ, vel Eccleſiæ

10 *Valent Legata pro Oleo Lampadis, & neceſſitatibus infirmorum*

Fratrum Minorum, tam de Familia, quàm ex Reformatione?

Art. 2. An liceat Fratribus hujuſmodi legata in judicio exigere per eorum Procuratores, vel Syndicos Apoſtolicos?

Art. 3. An liceat eiſdem erogare prædicta legata in uſus Fratrum? an verò illa omninò converti debeant in uſus à Teſtatoribus præſcriptos?

Art. 4. An Fabricæ Sancti Petri liceat infra annum ſe ingerere in proprietate horum Legatorum pro Fabrica, vel Sacriſtia tranſigendo cum hæredibus, aut aliàs de eadem proprietate diſponendo?

Art. 5. Et quid tranſacto anno?

Art. 6. An liceat eidem Fabricæ Sancti Petri ſe immiſcere præſtationibus, ſeu fructibus eorundem Legatorum ab anno decurſis, & non ſolutis?

Art. 7. Et quid infra annum, ex quo ceſſit dies præſtationis?]

Diſtinctio tertia de legatis annuis cum onere. 3

Articulus primus. An Fratres Minores, tam de Familia, quàm Reformati, ſint capaces Legatorum annuorum, quæ fiunt adjecto onere celebrationis Miſſarum?

Art. 2. An iidem poſſint pro his Legatis in judicio experiri agendo, aut Judicis officium implorando?

Art. 3. An poſſint Fratres illa accipere à ſponte offerentibus celebrando Miſſas ad rationem rei acceptæ?

Digitized by Google

Art. 4. An poſſint illa ſpontè oblata accipere per ſeipſus; An verò per Syndicum Apoſtolicum?

Art. 5. An Fratres poſſint hujuſmodi legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in uſum Fabricæ, vel Sacriſtiæ?

Art. 6. An liceat Fabricæ Sancti Petri proprietatem eorundem Legatorum cum onere Miſſarum ſibi vendicare, tam elapſo anno, quàm antea?

Art. 7. An eidem Fabricæ liceat ſibi vendicare annuas præſtationes decurſas, & non ſolutas, tam antea annum, quàm poſt?

Diſtinctio quarta de legatis annuis ſine onere.

4 [Articulus primus. An Fratres Minores tam Obſervantes, quàm Reformati, ſint capaces Legatorum annuorum ſine aliquo onere, aut modo adjecto, ſaltem ad effectum illa extinguendi, & pretium erogandi in uſus Fabricæ, vel Sacriſtiæ?

Art. 2. An ad hunc effectum poſſint eandem proprietatem in judicio petere per Syndicum Apoſtolicum?

Art. 3. An poſſint illam convertere in uſus Fratrum?

Art. 4. Et quid, ſi cæperint illorum annuas præſtationes accipere.

Art. 5. An poſſint Fratres exigere judicialiter annuas præſtationes eorumdem Legatorum in vim Martinianæ?

Art. 6. Et quid poſt ultimum Decretum Sac. Congreg. hac de re editum?

Art. 7. An Fratres teneantur proteſtari ſe eſſe incapaces eorumdem Legatorum?

Art. 8. An poſſint illas à ſpontè dantibus accipere per ipſos, vel per Syndicos Apoſtolicos?

Art. 9. An hæredes teneantur illorum præſtationes Fratribus ſolvere in foro conſcientiæ?

Art. 10. An Fabrica Sancti Petri jus habeat ſibi vendicandi horum Legatorum proprietatem, tam elapſo anno, quàm antea?

Art. 11. Et quid de annuis præſtationibus decurſis, & non ſolutis.

Art. ult. An hæc omnia procedant, etiam in Legatis annuis ad modicum tempus?

Die 9. Septembris 1628. Sacra Congregatio Negotiis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, à Sanctiſs. Domino Noſtro præpoſita, ad ſingulos articulos ſuperiùs propoſitos ad hunc modum reſpondit, videlicet?

Diſtinctione prima.

Ad primum Articulum. Fratres Minores, tam de Familia quàm Reformatos, eſſe capaces Legatorum bonorum mobilium, quæ unica ſolutione, ſeù præſtatione adimplentur, tam in pecunia numerata, quàm in aliis ſpeciebus, dummodò tamen hujuſmodi legata ſint in quantitate moderata, & non in fraudem paupertatis. 5

Ad

Digitized by Google

Ad ſecundum. Fratres quidem, nec per ſe ipſos, nec per interpoſitam perſonam poſſe eadem legata in judicio exigere; ſed Syndicum Sedis Apoſtolicę tantum Judicis officium implorare, dummodò ſimiliter illa in moderata ſint quantitate, ſine ulla fraude paupertatis, & re ipſa erogentur in Fratrum neceſſitate. Extra judicium verò ita demum legata hujuſmodi accipi poſſe à Fratribus per ſe ipſos, ſi in aliis ſpeciebus conſiſtant, & accipiantur in ea tantum quantitate, quam vera, & imminens eorum neceſſitas poſtulet; ſed ſuperfluam, aut pecunias à Syndico tantum poſſe accipi, dum tamen id omne in Frattum neceſſitates convertatur.

Ad tertium. Non licere Fabricæ Sancti Petri hujuſmodi legatis bonorum mobilium ſe ingerere infrà annum, ex quo dies legati ceſſit.

Ad quartum. Elapſo anno licere ad præſcriptum ſuarum facultatum.

Diſtinctione ſecunda.

6 Ad primum Articulum. Valere legatum annui redditus factum Sacriſtiæ, vel fabricæ Eccleſiæ, vel Conventus Fratrum Minorum, tam de Familia, quàm de Reformatione; niſi adſit exceſſus in quantitate.

Ad ſecundum. Nec per ſe ipſos, nec per alios, licere Fratribus in judicio exigere hujuſmodi legata, ſed Syndico Apoſtolico duntaxat.

Ad tertium. Non licere eiſdem annui redditus legata erogare in uſus fratrum, ſed illa omninò converti debere in uſus à Teſtatoribus præſcriptos.

Ad quartum. Fabricæ Sancti Petri non licere infrà annum ſe ingerere in proprietate horum legatorum, cum hæredibus tranſigendo, aut aliàs diſponendo de eadem proprietate.

Ad quintum. Itidem non licere.

Ad ſextum, & ſeptimum. Poſſe Fabricam Sancti Petri ſe immiſcere in præſtationibus, ſeù fructibus eorumdem Legatorum ab anno decurſis, & non ſolutis; Non autem infrà annum, ex quo dies præſtationis ceſſit.

Diſtinctione Tertia.

Ad primum Art. Fratres Minores, tam de Familia, quàm ex Reformatione, nullatenus eſſe capaces legatorum annuorum, quæ fiunt adjecto onere celebrationis Miſſarum. 7

Intellige de Legatis annuis cum tali onere, quorum jus maneret apud Fratres, & eſſent ipſis Fratribus directè relicta; Hæc enim nec momento retinere poſſunt. *Veſpingn. conpend. privileg. R. Fab. pag. mihi 71. in margine*.

Ad ſecundum. Non poſſe pro his legatis in judicio experiri, aut Judicis officium implorare.

Ad tertium. Poſſe Fratres illa accipere per modum eleemoſynæ à ſpontè offerentibus, celebrando Miſſas ad rationem rei acceptæ,

citrà tamen ullam obligationem ad onus perpetuum , & dummodò priùs proteſtentur ſe illorum capaces non eſſe.

Ad quartum. Syndicum Apoſtolicnm, & pro Fratrum neceſſitatibus, non autem Fratres ipſos, etiam per alios, poſſe hujuſmodi legata, utcumque ſpontè oblata, accipere, ſi in pecunia conſiſtant.

Ad quintum. Non poſſe Fratres hujuſmodi legata extinguere , aut illorum proprietatem vendere , & pretium erogare in uſus Fabricæ, vel Sacriſtiæ.

Ad ſextum. Licere Fabricæ S. Petri ad ſuarum facultatum præſcriptum ſibi vendicare eorumdem legatorum proprietatem cum onere Miſſarnm celebrandarum, tam elapſo anno, quàm antea.

Ad ſeptimùm. Similiter licere.

Diſtinctione quarta.

2 Ad primum Art. Fratres Minores, tam Obſervantes, quàm Reformatos, non eſſe capaces legatorum annuorum , quæ fiunt ſine aliquo onere , aut modo adjecto, niſi ad effectum illa extinguendi , ſeù illorum proprietatem , & pretium convertendi in uſus Fabricæ, vel Sacriſtiæ.

Ad ſecundum. Non Fratres ipſos , ſed Syndicum Apoſtolicum tantùm , poſſe eandem proprietatem in judicio petere.

Ad tertium. Poſſe convertere.

Ad quartum. Si Ftatres cæperint illorum annuas præſtationes accipere, ne hinc fiat fraus paupertati, expedire , ut de cætero decernatur, eo in caſu non licere amplius Fratribus eandem proprietatem vendere, ac pretium in uſus Fabricæ , vel Sacriſtiæ erogare: Ideoque agendum cum Santiſſimo Domino Noſtro.

Ad quintum, & ſextum. Fratres nullo modo poſſe in judicio exigere annuas eorumdem legatorum præſtationes.

Ad ſeptimum. Teneri.

Ad octavum. Poſſe illa per modum eleemoſynæ, & à ſpontè dantibus accipere, etiam per ſe ipſos, ſi in aliis ſpeciebus conſiſtant: quod ſi in pecunia, non niſi per Syndicum Apoſtolicum.

Ad nonum. Non teneri.

Ad decimum. Fabricam Sancti Petri nullum jus habere vendicandi horum legatorum proprietatem, niſi elapſo anno, juxta ſuas facultates.

Ad undecimum. Similiter non habere jus vendicandi hujuſmodi annuas præſtationes, niſi ab anno decurſas.

Ad ultimum. Hæc omnia locum non habere in legatis infra decennium; ſed in his tantum, quæ fiunt ad decem annos, & ultra.

Quibus acceſſere declarationes aliæ: Sacræ Congregationis Concilii apud Fagn. *cap. Nulli, de rebus Eccleſ. non alien.* [quæ cenſuit valere lagatum immobilium Fratribus Minoribus ſub modo licito, nempè, ut vendant , & pretium convertant in uſus fabricæ , vel Sacriſtiæ: & idem ſi factum fuit ſimpliciter, quia ſub modo licito factum intel-

intelligitur.] Et Sac. Cong. Epiſ. & Regul. quæ ad favorem Min. de
10 Obſerv. Civitatis Lucanæ ſub *die*
26. *Martii* 1677. ut in Regeſto ejuſdem, Decretum edidit hujus tenoris. [Sac. Cong. &c. Sæpius declaravit Fratres Minor. de Obſerv. Sancti Franciſci, quamvis attenta diſpoſitione: Exivi de Paradiſo, & Conſtitutione Nicolai III. & Clementis V. ſint incapaces obtinendi cenſus perpetuos, & bona ſtabilia, poſſe tamen per viam puræ, & ſimplicis eleemoſynæ recipere, quidquid ab Executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro celebratione Miſſarum, pro ornamento Eccleſiæ, aliiſque neceſſariis procurandis juxta doctrinam Divi Bonaventuræ relatam in Conſtit. ſan. memor. Urbani VIII. incipiente *Sacroſanctum Apoſtolatus Miniſterium*; atque in præfatis caſibus dictos Executores ultimarum voluntatum curare debere, ut hujuſmodi piæ diſpoſitiones adimpleantur, ne Teſtatorum Animæ debitis ſuffragiis defraudatæ remaneant, quam quidem declarationem, illiuſque tenorem in caſu, de quo agitur, eadem Sac. Cong. ſervari præcipit, committendo Ordinario Lucenſi, pro tempore exiſtenti, ut quatenus alius Executor non exiſtat, prænarratam pii Teſtatoris diſpoſitionem executioni demandet.] Decretum aliud huic ſimile editum in Turritana Legatorum *die* 3. *Auguſti* 1674. confirmavit Clemens X. ſub die 22. ejuſdem Menſis, & Anni, *Conſtitutione Nuper pro parte Dilecti filii Syndici:* Typis data Matriti in fine Statutorum Victorien. 1694.

Valent Legata ſine onere pro vi- 11
no, cera, paramentis pro celebratione Miſſarum, & Oleo lampadis, ac neceſſitatibus infirmorum, ut tenuit *Rota coram Emerix in alleg. Turrit.*

Fratres præfati omni jure carent ad repetenda in judicio Legata, niſi juxta formam decreti *alleg. num.* 1. *& ſeqq. ut ſub die* 14. *Februarii* 1633. diſpoſuit Sacra Congr. Rever. Fabricæ, cum inhibitione, ne Legata per eos per compoſitionem extinguantur. Apud cit. Fagnan. *à num.* 61. & Panimolla *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *num.* 19.

CAPUT X.

Officialis quoad Literas Sac. Pœnitentiariæ.

SUMMARIUM.

1 *Formula, qua diriguntur literæ Sacræ Pœnitentiariæ.*
2 *Lectores Jubilati, Ordinis Minorum poſſunt literas exequi.*
3 *Conſtitutio Innocen. XI. id concedentis.*

Digitized by Google

SOlet Tribunal Sac. Pœnitentiariæ Diplomata, ſeù literas, in forma Brevi, pœnitentibus abſentibus, juxta eorum indigentiam, & preces, concedere, præſertim cum ad Urbem perſonaliter ne-
1 queunt accedere. Quas ſępè ſequenti formula dirigit; *diſcreto Confeſſario, Magiſtro in Theologia, vel decretorum Doctori, ex approbatis ab Ordinario, per Latorem præſentium ad infraſcripta ſpecialiter eli-*
2 *gendo*. Et cum, etiam ſic, diriguntur, poſſunt aperiri, & exequi à Lectoribus, verè Jubilatis ex Ordin. Fratr. Minor. de Obſerv. ex indulto eis facto ab Innoc. XI. ut infra.

[Exponi Nobis nuper fecit dile-
3 ctus Filius Celſus Maria Bilò de Senis, Commiſſarius Generalis Curiæ Ordinis Fratrum Sancti Franciſci, de Obſervantia nuncupatorum, quod dudum, ſtatim atque dictus Ordo ab ord. Fratrum Minor. ejuſdem Sancti Franciſci, Conventualium nuncupatorum, Auctoritate Apoſtolica ſeparatus fuit, Fratres Minorum de Obſervantia hujuſmodi, ut quidquid mundani faſtus, atque ambitionis incentivum inducere poſſet, à ſe procul amoverent, ad gradus Doctoratus Artium, & Magiſterii in Sacra Theologia promoveri, & Doctores, ac Magiſtri vocari deſierunt; Nihilò tamen minus ejuſmodi ſcientiarum ſtudiis operam dederunt; ſed, qui in illis tantùm progreſſi erant, ut alios docere poſſent, ſolo contenti fuerunt, & adhuc ſunt, nomine, & titulo Lectorum actualium, & habitualium, qui etiam, poſt peractam juxta Apoſtolicas, & Ordinis ſui Conſtitutiones, ſaltem triennio Philoſophiæ, & decennio Sacræ Theologiæ Lecturam, Lectores Jubilati fuerunt, & vocantur.

Cùm autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, licet hujuſmodi Lectores Jubilati, quo ad rem ipſam, nempè litterarum ſcientiam, à Magiſtris in Sacra Theologia, & Doctoribus Artium diferre non videantur; quia tamen inter eos eſt nominum, titulorumque diverſitas; nonnulli prætendant, ac etiam per ſententias judicialiter definiant, illos, Doctoribus, & Magiſtris hujuſmodi in ordine ad aperiendas, & executioni mandandas literas, per officium Pœnitentiariæ Apoſtolicæ expeditas, quæ hujuſmodi Doctoribus, ſeù Magiſtris, ſuper abſolutione, diſpenſatione, votorumque, ſeù aliorum obligatione, commutatione dirigi ſolent, ac quoad alias prærogativas; pares non eſſe.

Nobis propterea dictus Celſus Maria humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportunè providere, & ut infrà indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, Ordinis primò dicti, decori, & honorificentiæ, quantum cum Domino poſſumus, benignè conſulere, ipſumque Celſum Mariam ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi

qui-

quibus, quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnibus, & ſingulis memorati Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Lectoribus Jubilatis præſentibus, & futuris, ut quaſcumque literas per officium Pœnitentiariæ Apoſtolicæ hujuſmodi, pro tempore expeditas, quæ Doctoribus Artium, ſeù Magiſtris in Sacra Theologia directæ fuerint, recipere, aperire, & juxtà illarum formam, & tenorem executioni mandare; necnon quoad alias functiones Eccleſiaſticas, & literarias quaslibet, omnibus, & ſingulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, gratiis, & Indultis, quibus Fratres expreſsè profeſſi aliorum Ordinum, Doctores Artium, & in Sacra Thelogia Magiſtri, tam de jure, uſu, & conſuetudine, quàm alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum, pari modo uti, frui, & gaudere liberè, licitè, & validè poſſint, & valeant, Authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Cæterum non intendimus per præſentes literas, privilegia, exemptiones, prærogativas, gratias, & Indulta, quæ præfatis Lectoribus Jubilatis per Apoſtolicas, & Ordinis primò dicti Conſtitutiones, conceſſa ſunt, ullo modo augere, vel minuere, ſed illa in ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperiuntur, remanere volumus.

Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere &c. ſicque &c. ac irritum, & inane &c. non obſtantibus &c. Datum Romæ die 27. Novembris 1679.

C A P U T XI.

Officialis quoad Moniales.

S U M M A R I U M.

1 *Puella ſuſcipiens habitum debet eſſe major annis 12.*

2 *Ut ſit formaliter novitia antè annum 15. opus eſt S.C. licentia.*

3 *Ad profeſſionem non admittitur, niſi anno probationis, & ſexto ætatis integrè completo.*

4 *In anno Novitiatus, & ætate ad profeſſionem requiſita, non datur parvitas materiæ.*

5 *Tertia ſoror caret voto, tùm activo, tùm paſſivo.*

6 *Cum Superiore Regulari, dum vota pro educanda recipit, non aſſiſtit Vicar. Generalis.*

7 *Ubi verò ſint educandæ ſepeliendæ, ſi in monaſteriis decedant? ibi lege.*

8 *Eis confeſſarius Sacramenta miniſtrat, ſupplendo vices Parochi.*

Digitized by Google

1 PUella ſuſcipiens habitum debet eſſe major 12. annis, ex Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 17. & ex declaratione S.C.C. apud Vecchium, quæ reſcripſit, quamdam puellam non debere admitti *antè* 12. *annum ad habitum ſuſcipiendum, cujus cauſa requiritur voluntatis puellæ exploratio*, (ut etiam ibid. habet Trid.) *non eſt autem voluntas Cong. neque Concilii, ut ante illam ætatem puella admittatur;* & ſucceſſivè eadem *in una Peruſina* 5. *Novemb.* 1602. apud Nicol. Floſ. *ver. Novitia à numer.*
2 25. diſpoſuit opus eſſe S.C. licentia in volente ante annum 15. eſſe formaliter novitiam.

Quæ ad profeſſionem admitti non debet, niſi anno probationis completo, & 16. ætatis anno exacto, prout Trident. *citat. cap.* 15. & debent eſſe completi de momen-
3 to in momentum, prout DD. communiter; cum quibus firmat Panimolla *deciſ.* 29. *num.* 7. punctum horæ profeſſionis debere punctualiter reſpondere puncto horæ nativitatis: & cum de iſta non conſtaret, expectandus eſſet totius diei terminus: quod ſi nec diei, ſed menſis notitia haberetur, totius menſis exitus expectari deberet: ex ponderata ratione, quod poſſeſſio ſtet pro lege præſcribente, ut nullus ad profeſſionem admittatur, niſi conſtet realiter, & cum effectu 16. ætatis annos, & unicum probationis integrè compleviſſe; unde poſt eum Quilici *Confeſ. manu-*
4 *duct. quæſt.* 16. *numer.* 15. dixit in anno novitiatus, & ætate requiſita ad profeſſionem non dari parvitatem materiæ.

Si in eodem Monaſterio velit 5
tertia ſoror habitum aſſumere, voto, tam activo, quàm paſſivo privatur; & duplicatam dotem ſolvit, prout fuit à S.C. Epiſ. reſcriptum Archiepiſ. Bracharen. ut infra; [utque hæc S.C. & infra, aut igitur tertia ſoror intra præfinitum Monialium numerum in Monaſterium introducenda eſt: aut ſupra illum; ſi ut numeraria ingredi voluerit, eleemoſynam totalem duplicatam Monaſterio perſolvat, ſuffragioque, tam activo, quàm paſſivo carebit, quouſque altera ex duabus ejus ſororibus è vita deceſſerit; ſi verò, ut ſupra definitum Monialium numerum admitti petierit, ſpeciali S. hujus Congr. licentia opus erit, quæ quidem concedi non ſolet, niſi ex conditione, ut ſupra tertia ſoror triplicatam eleemoſynam dotalem Monaſterio exſolvat, nec reliquis ejus duabus ſororibus ſimul ſuperſtitibus, activo, vel paſſivo ſuffragio gaudeat, die 26. Auguſti 1616.]

Puellæ cauſa educationis non 6
recipiuntur in Monaſteriis, niſi de expreſſa licentia Sac. Cong. & niſi acceſſerit conſenſus majoris partis Capituli, ac in ſcriptis obtineant licentiam à Superioribus Ordinis juxta reſcriptum factum à S.C.C. Epiſc. Hieracen. ſub ult. Auguſti 1575. Apud Quaranta *Bullar. ver. Monial. Monaſt. ver. de puellis.*

Dum Superior Regularis recipit Monialium ſuffragia ad effectum admittendi educandam in

Mo-

Digitized by Google

Monaſteriis ſibi ſubjectis, cum eo non aſſiſtit Vicarius Generalis, aliuſve ab eodem deputatus, prout S. C. Epiſ. reſcripſit Cremonen. ut infra.

Referito in Sac. Cong. dall'Eminent. Caraffa, quanto V. S. hà rappreſentato, con ſua lettera in ordine al dubio propoſto dal Prior del Convento dell'Ordine de Predicatori di Soncino di coteſta Dioceſi, ſe nell'accettatione dell'Educande nel Monaſtero delle Monache di San Paolo di detto luogo, ſoggetto al ſuo Ordine; poſſa intervenir alla ballottatione, che ſi fà dalle Monache, il ſuo Vicario Generale, ò altra perſona da deputarſi da lui: Queſti Eminentiſsimi miei Signori hanno riſoluto, che non habbia potuto, ne poſſa intervenirvi. Glie lo ſignifico, & il Signore Dio la proſperi. Roma li 15. Settemb. 1690.]

Ita reperitur in Reg. Authographo Sac. Cong. negotiis, & conſultationibus Epiſcop. & Regul. præpoſitæ; in quorum fidem &c. Romæ hac die 14. *Februarii* 1701.

I. D. Paracciànus pro Seg.

Ubi autem ſint ſepeliendæ, ſi in Monaſteriis decedant, Peliz. *de Monial. cap.* 10. *ſeſs.* 3. *ſub ſeſs.* 1. *num.* 233. ſcripſit poſſe ſepeliri in Eccleſia exteriori; Pignatell. verò *tom.* 7. *conſt.* 63. voluit eſſe tumulandas in Eccleſia, vel Parochia, 7
in qua Parentes habent domicilium, vel illius, in qua ſitum eſt Monaſterium, ponderans, quod, ex quo ſint in Monaſterio, non deſinunt eſſe ſubditæ alterutrius Parochiæ, ut ipſe etiam innuit Peliz. *§. ad hanc*, & patet ex eo, quod in Superiorem Monaſterii non transferatur quælibet juriſdictio, quæ Parocho competit, & ideo non Monaſterii Superior, vel Confeſſarius, ſed Parochus aſſiſtit celebrationi matrimonii ipſarum; qui eodem jure, quo ei competit jus celebrandi matrimonia, retinet jus, etiam funerandi, non ſolùm quoad perſonas, ſed etiam quoad locum: utrumque enim reputatur jus Parochiale; quibus ſi confeſſarius Sacramenta miniſtrat, id non ex officio exequitur, ſed ad ſupplendas vices proprii Parochi, qui, 8
in loco exempto, & clauſuræ terminis reſtricto, perſonis, etiam ſibi ſubditis non poteſt ea miniſtrare, ideo adminiſtratio jus aliquod ad ſepulturam confeſſario non acquirit: iſtud enim, ut *num.* 8. notat, acquiritur miniſtranti Sacramenta, quando de jure ſpectat adminiſtratio, non verò quando ex accidenti miniſtrat.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Officialis quoad Novitios.

SUMMARIUM.

1 *Novitiatus ſit intra Clauſtra in Conventibus à S. Sede deſignatis.*
2 *Annus probationis non debet eſſe interruptus, ſed continuus.*
3 *Novitius annum probationis interrumpens, de novo tenetur incipere.*
4 *Debet eſſe completus de momento in momentum, & per curſum ſolarem.*
5 *In anno biſſextili duo dies pro unica computantur.*
6 *Profeſſio emiſſa, non expectato anni curriculo, declaratur nulla.*
7 *Provincialis non reſidens in Conventu Novitiatus non ſuffragatur ſuper idoneitate Novitii.*
8 *Nec in paritate votorum habet deciſivum.*
9 *In caſu, quoad profeſſionem reciperet ſine conſensù Capituli, profeſſio non ſubſiſteret.*

1 NOvitius per Fagnan. *in 2. par. 3. Decret. de Regul. cap. ſtatuimus num.* 6. ille dicitur, qui de novo per idoneas perſonas recipitur, & veſtimentis probationis induitur, nullo emiſſo voto; à quo novitiatus intra Clauſtra Conventus fieri debet, *arg. in cap. is, qui de Regul. in 6. lib. 3. tit.* 14., ad effectum, ut ipſe aſperitates Religionis experiatur, & hæc ejuſdem mores, propenſionem, & idoneitatem probet. Et in Conventibus à S. Sede pro Novitiatu deſignatis, adeòut nulla, & irrita ſit profeſſio, ſi aliàs in probatione, quis ſteterit; ad præſcriptum decretorum ſub Clemente VIII. de anno 1602. ſuper forma recipiendi Novitios ad habitum, & profeſſionem.

Annus probationis non debet eſſe
2 interruptus, vel intermiſſus, ſed continuus; ex Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 15. nullam declarante profeſſionem illius, qui minori tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum, in probatione ſteterit; & interrumpitur per dimiſſionem habitus, factam animo deſerendi Religionem, tametſi intra eundem diem, quis de facto doleat, & velit ipſum reaſſumere: cui non conceditur ſine nova receptione, & annum probationis de novo debet incipere, ut patet ex reſponſo S. C. apud Fagnan. *cit. cap. ad noſtram num.* 27. quæ interrogata à Proc. Gen. Ord. Minim. *an Novitius, qui à Monaſterio, ut aliam Religionem ingrederetur, abierat, ac duas tantùm horas in alio Conventu moram traxerat, ac ſtatim deindè facti pœnitens, reverſus fuerat*, teneretur incipere novum annum probationis? Reſpondit *teneri ab eo die, quo rediit*. 3

Et

4 Et nedum continuus, ſed etiam completus de momento in momentum debet eſſe, ad quod facit Trid. *loco cit.* per clauſulam *non minori tempore, quàm per annum*, nam de eo, *qui die* 12. *Januar.* 1701. hora 20. habitum ſuſcepit, & profeſſionem anno 1702. eadem die, ſed hora 19. cum dimidio ſtatim emitteret, dici deberet, quod minori tempore, in probatione ſteterit, quàm per annum; nam, priuſquam accedat hora 20. ſubſequentis anni, non poteſt affirmari annum eſſe expletum, ut notat Sorbo *ver. Novitius ſexto notandum;* & Fagn. *cit. cap. ad noſtram num.* 20. refert S.C. C. ut invalidam habuiſſet profeſſionem aliter emiſſam; unde annus debet eſſe completus, non Evangelicè, & Eccleſiaſticè per Feſta Mobilia computatus, ſed naturaliter, & ſecundùm curſum ſolarem, quia ſic annus de neceſſitate requirit dies 365., & ſex ferè horas.

Nec quo ad hoc obſtat, quod tunc ſuſcipiens habitum hora 10. v. gr. Januarii, deberet in ſequenti anno profiteri hora 16. ejuſdem menſis; nam id falſo deduci poteſt, ex eo quod illæ ſex horæ apud omnes intercluduntur inter unam, & alteram horam decimam præfatorum menſium ſic, ut in ſequenti anno completus omninò reputetur ad horæ 10. pulſum; & putandum eſt horologium æquali greſſu proceſſiſſe, dum æqualis diligentia fuit adhibita.

Undè in anno biſſextili, cùm duo dies pro uno computentur, *ex cap.*
5 *quæſivit de ver. ſignif. lib.* 5. *tit.* 40. ut annus probationis completus dicatur, debet expectari lapſus diei, qui tunc de novo additur; Peyrin. *de Prælat. quæſt.* 3. *cap.* 1. *§.* 4. *num.* 97. ideò integrum tempus expectari debet, in quo ſcripſit Quilici *Confeſſ. manuduct. quæſt.* 16. *art. ult. num.* 15. non dari parvitatem materiæ; & S.C. C. apud Hasbenſem *ſum. ver. profeſſio die* 21. *Januar.* 1617. *declaravit profeſſionem emiſſam non completo anni curriculo, etiam per duas horas tantum, non valere.* 6

Nota Provincialem non reſidentem in Conventu Novitiatus non poſſe ſuffragari ſuper idoneitate Novitii in Ordine ad profeſſionem; & id in terminis decreti ſub Innoc. X. *Ad propagandam*, ſub die 15. Octob. 1654., votum concedentis dumtaxat illis, qui in Conventu Novitiatus à duobus ſaltem menſibus de familia exiſtunt: quo animadvertere poſſunt, & judicare, an expediat, vel Novitium ad domum remittere, vel Religioni retinere. 7

Nec id poſſet ex Fratrum informationibus, quia cùm poſſent ex infecta radice amoris, vel odii erga Novitium procedere, tutius eſſet eis non credere.

Nec in paritate votorum, datur Provinciali deciſivum: quia nec lex habetur, nec concluditur ex decreto S.C. Epiſc relat. *V. Cap. Offic. quoad electionem tom.* 1. imò ratio reſiſtit, cum judicium non poſſit efformare de idoneitate potiùs, quàm ineptitudine Novitii ad Religionem, cùm æquè pro utraque parte dari poſſint rationes. 8

Et

Digitized by Google

Et in caſu, quoad profeſſionem reciperet ſine conſenſu Capituli, profeſſio nulla foret, *argum. ex cap. quanto, cap. ea noſcitur, de his, quæ fiunt à Prælato &c. lib. 3. tit. 10.* ubi reſpectivè irrita dicuntur facta à Prælatis ſine conſilio, vel aſſenſu majoris partis Capituli: allegat. percurratur titulus. *v. cap. offic. quoad Monial.*

CAPUT XIII.

Officialis quoad Ordines.

SUMMARIUM.

1 *Regulares concedunt Dimiſſorias propriis ſubditis ad Diœceſanum loci, in quo habent Monaſteria.*

2 *Pœnæ contra tranſgreſſores.*

3 *Ordinationes celebrantur temporibus ab jure ſtatutis.*

4 *Quibus ſit datum poſſe extra tempora ordinari? Declara.*

1 ACriter controvertitur inter Canoniſtas, & Theologos, an Prima Tonſura, & Epiſcopatus ſint Ordines? ad quos Lectorem remitto; & tunc ponderabit id à Theologis negari (quamvis de Epiſcopatu aliqui affirment,) & ex adverſo Canoniſtas ſentire: quorum ſententiam plura probant jura apud Spercllum *deciſ.* 114. *nu.* 21. & interim Regularium Superioribus exhibeo conſiderandum, quod dimiſſorias propriis ſubditis, non ad quemcumque Epiſcopum poſſunt concedere, ſed ad eum dumtaxat, in cujus Diœceſi ſunt Monaſteria, juxta diſpoſita à Sac. Cong. Conc. ut infra.

[De mandato Sanctiſs. Domini Noſtri Clementis Divina providentia Papæ VIII., tenore præſentium, mandatur omnibus, & ſingulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cætero obſervent, & obſervari faciant ea, quæ in Decreto Sac. Cong. Conc. Trid. continentur, cujus tenor eſt talis.

Congr. Conc. cenſuit Superiores Regulares poſſe ſuo ſubdito, itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requiſitis, ordines ſuſcipere voluerit, literas dimiſſorias concedere, ad Epiſcopum tamen Diœceſanum, nempè illius Monaſterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, is Regularis poſitus fuerit: & ſi Diœceſanus abfuerit, vel non eſſet habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Epiſcopum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui Ordines contulerit, examinetur, quoad doctrinam, & dum ipſi Regulares non diſtulerint de induſtria conceſſionem dimiſſoriarum in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſanus, vel abſuturus, vel nullas habiturus eſſet ordinationes, vel Sedes Epiſcopalis vacaret. Verùm, cum à Superioribus Regularibus, Epiſcopo Diœceſano abſente, vel ordinationes

nes

Digitized by Google

nes non habente, literæ dimiſſoriæ dabuntur, in eis, utique hujuſmodi cauſam abſentiæ Diœceſani Epiſcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam eſſe. Quod ſi Regulares ordinandi morentur in Monaſterio nullius Diœceſis, hujuſmodi dimiſſorias concedendas eſſe ad Epiſcopum viciniorem, in eoque procedere omnia, quæ de Epiſcopo Diœceſano ſuperiùs præſcripta ſunt. Quod, qui non fecerint, officii, & dignitatis, ſeù adminiſtrationis, ac vocis activæ, & paſſivæ privationis, ac alias arbitrio SS. D. N. Papæ reſervatas, pœnas incurrent. In quorum &c. Dat. Romæ die 15. Martii Anno 1596.] Apud Piaſec *prax. par.* 1. *c.* 1. *art.* 2. *nu.* 24. & ſimilis tenoris Decretum edidit *S. C. Epiſc.*, & *Regul. ſub die* 11. *Junii* 1638., *Obſervanti*. Floſc. Nicol. *verb. Regulares num.* 35.

3 Tempora ab jure ſtatuta, in quibus per diſpoſita à Trid. *ca.* 8 *ſeſs.* 23. celebrari debent ordinationes ſacræ, comprehendunt ſex Sabbata quatuor anni temporum, alterum Dominicam Paſſionis præcedens, & Sabbatum Sanctum, *ex cap. De eo de tempor. ordinat. lib.* 1. *tit.* 11. ut infra: *ſed ad Subdiaconatum, niſi in quatuor temporibus, aut Sabbato Sancto, vel in Sabbato ante Dominicam de Paſſione, nulli Epiſcoporum*, præterquam *Rom. Pontifici, licet aliquos ordinare*.

Extra quæ, tum ex hujuſmodi decretalis diſpoſitione, tum ex præcepto Conc. iſtis verbis impoſito. *Ordinationes Sacrorum Ordinum ſtatutis à jure temporibus &c.* celebrentur: (per quæ ex Miranda *tom.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 4. *conc. unica* revocantur privilegia prius ipſo Concilio conceſſa) ac ex dato Ordinar. Senen. ſub die 2. Maii 1699. ad hujus generis dubium, reſcripto à S. C. C. prout ſequitur: *Senen. Ordinationum dilata; & interim Archiepiſcopus abſtineat, donec exhibeant privilegia;* nullus etiam Regularis, poteſt ſine ſpeciali expreſſo, & ſpecifico indulto Sedis Apoſtolicæ directè conceſſo, ad Sacros Ordines promoveri; quod poſt Conc. à Greg. XIII. ſub die 21. Septembris 1582. *Conſt. Pium* obtinuerunt PP. Societatis, cum clauſula prohibitiva communicationis: *præſentes autem gratiæ communicationem omnibus aliis, etiam, qui ſua privilegia cum ſocietate copioſè participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum, fieri omninò prohibemus*. Piaſec. *cit. art.* 7. *numer.* 2. Et ſub die 30. Junii 1625. id Urbanus VIII. *conſt. cum ſicut accepimus*, *Bullar. Cherub. tom.* 4. cum taxativa loci, conceſſit Patribus Minor. de Obſerv. in partibus Indiarum exiſtentibus, ut infra. 4

[Nos ejuſdem &c. & infra: Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis ejuſdem Ordinis Sancti Franciſci in partibus Indiarum Occidentalium hujuſmodi, tantùm exiſtentibus, expreſsè profeſſis, ut de Superiorum ſuorum licentia, à quocumque, quem maluerint, Catholicò Antiſtite, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habente, in propria Diœceſi reſidente, vel in aliena, de

Digitized by Google

de Diœceſani loci conſenſu Pontificalia exercente, per eos eligendo, ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, extra tempora, ad id à jure ſtatuta, ac interſtitiis à Sacr. Cong. Trid. deſignatis, minimè ſervatis, annique curriculo non expectato; etiam ſi in unoquoque ex dictis Sac. Ordinibus ſuſceptis, antequam ad alium promoveantur, ſe minimè exercuerint; dummodò tamen ad id idonei reperiantur, & ſervatis aliàs ſervandis, promoveri, & promoti in illis, etiam in Altaris miniſterio, miniſtrare liberè poſſint, & valeant, Apoſt. auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus, ac facultatem impartimur. Non obſtantibus &c.] *Bullar. Cherub. tom.* 4. videantur Lezana *Sum. tom.* 1. *nu.* 19. Peyrin. *de privil. tom.* 1. *ad conſt.* 2. *Sixti IV.* §. 11. *nu.* 39. Miranda *tom.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 4. *conc. unic.* In primæ editionis tomo.

CAPUT XIV.

Officialis quoad Præcedentiam.

SUMMARIUM.

1 *Conſt. Greg. XIII. ſuper præcedentia in proceſſionibus inter Regulares, & Confratres.*

2 *Revocantur privilegia.*

3 *Urbanus VIII. confirmat decreta Sacræ Congregat. Epiſcop. edita in cauſa, & cauſis præcedentiæ.*

4 *Declarat literas in caſibus particularibus emanatas, eſſe generaliter obſervandas, ubi lis de præcedentia excitatur.*

5 *Decretum Sac. Cong. Epiſc. ſuper obſervantia literarum Greg. & Urbani.*

6 *Conſtit. Innoc. XII. ſuper præcedentia debita Fratribus Diſcalceatis Ordin. S. Franciſci, etiam quando ſub propria Cruce incedunt.*

7 *Omnibus, etiam debetur, ſi ſint poſteriores in loco: declara.*

ASſerendum eſt, præcedentiam eſſe jus occupandi digniorem locum, prout deducitur ex intrinſecis Ordinis Hierarchichi, cujus natura ex Sperello *deciſ.* 179. *num.* 13. exprimit, etiam, ut digniores inferioribus præcedant, inferiores verò locum illis digniorem reverenter cedant; qui in proceſſionibus, tàm publicis, quàm privatis debetur, juxtà diſpoſitionem Conſt. Gregor. XIII. apud Bullar. Cherub. editæ ad effectum ſupprimendi lites, & controverſias, non modò inter Ordines Mendicantes, & Confratres ſuper, & de præcedentia contendentes; Verùm quoque inter Monachorum Ordines, prout ſæpè declararunt SS. Rit. & Epiſcoporum Congr. apud Pignatell. *tom.* 1. *conſ.* 137. *n.* 22. tenor Conſt. eſt *Expoſc. t.* & infra. [De nobis attributæ poteſtatis

Digitized by Google

1 ſtatis plenitudine volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quicumq;ex dictis Fratribus Mendicantibus inter ſe de præcedentia hujuſmodi contendentibus, aut Confratribus Confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & cauſæ præmiſſorum occaſione, ortæ jam ſint, ſeù oriri contigerit in futurum, qui in quaſi poſſeſſione præcedentiæ, ac juris præcedendi ſunt poſiti (quibuſcumque reclamationibus, appellationibus, & aliis ſubterfugiis prorsùs remotis, & ceſſantibus, & poſtpoſitis, in proceſſionibus, tàm publicis, quàm privatis præcedere debeant.

Quando verò non prohibetur, aut non conſtet de quaſi poſſeſſione præcedentiæ hujuſmodi, inter Fratres quidem Mendicantes, ii, qui antiquiores in loco controverſiæ; Confratres verò inter ſe litigantes, ii, qui priùs Saccis uſi ſunt, in proceſſionibus, tàm publicis, quàm privatis præcedere debeant, ita ut ſi contigerit nova Monaſteria, aut domus alicujus Ord. Mendicantium fundari in loco, in quo alteriùs Ordinis ex dictis Mendicantibus Monaſteria, aut domus priùs erecta, & inſtituta ſint, ille Ordo, qui priùs Monaſterium, ſeù domum in loco habuerit, præcedat.

Prætereà, quia inter prædictos Ord. plerumque alia in proceſſionibus, & alia in Conciliis Generalibus, & aliis actibus publicis, ſivè privatis, ratio circa modum præcedendi ſervatur, nolumus per præſentes pręrogativis dictorum Ord. quoad præcedentias hujuſmodi, quæ propriis Ordinibus, præterquam in proceſſionibus prædictis debentur, præjudicium generari, ſicque per quoſcumque &c. irritum &c. non obſtantibus &c. Romæ 25. Julii 1583.]

Et propter fortes non obſtantias, & efficaces derogatorias quæcum-
que revocari privilegia, & indulta in 2
contrarium, etiam in ſpecie conceſſa, firmat *Rota coram Buratto deciſ.* 390. *num.* 6. apud Pignatell. ibi *num.* 3.

Succeſſivè ad Greg. idem diſpoſuit Urbanus VIII. apud Piaſec.
prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. art. 6. ſub 3
num. 52. confirmans Sac. Cong. decreta, ùt infra.

[Nuper pro parte dilecti filii Blaſii à Cherſioo, Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci, Conventualium nuncupatorum, Nobis expoſitum fuit, quòd dictus ordo gravatur admodum litibus, occaſione præcedentiæ, cùm aliis aliarum Religionum Regularibus in proceſſionibus, ex quo, etiamſi aliàs à Ven. Fratribus noſtris S. R. E. Card. negotiis Regularium præpoſitis, diverſis in præfata materia præcedentię literis emanatis, una videlicet contra ejuſdem Ordinis de Obſervantia nuncupati Arben. alia contra Servorum B. Mariæ Virg. Soanen, nec non duas literas contra Prædicatorum, reſpectivè Ordinum Fratres Caſſanen. & Ferentinen., obtinuerit, tenoris ſubſequentis, videlicèt: Arbi. *All'Ar-*
civeſcovo. Pare, che ſia nata diffe- 4
renza della precedenza trà coteſti Frati di S. Franceſco Conventuali, & Oſſervanti, allegando ogni uno di loro alcune ragioni, per le quali

li ſi perſuadono di dover precedere à gli altri, le quali eſſendoſi diligentemente conſiderate nella Congregatione di queſti miei Illuſtriſſimi Sig. prepoſti da N. Signore ſopra le coſe de Veſcovi, e Regolari, s'è riſoluto, etiam con il parere delli Illuſtriſſimi Protettori di tutte due le Religioni di far ſcrivere à V. S. che occorrendo più ſimili differenze, le termini ſenza alcuna eccettione nell'iſteſſo modo, che quel Convento tenga il primo, e più degno luogo, che è più antico nella Città, ſecondo che ſi è fatto fin hora, per quanto ſi preſuppone. Imperciòche queſto mezo uſato altrove è ſtato tale, che hà finito ogni controverſia, come ſi ſpera, che farà anche coſtì per mezo della prudenza, e deſtrezza di V. S. Dio &c. Roma 6. *Marzo* 1522. (Similis tenoris ſunt aliæ, ideò eas omittimus.

Attamen in caſibus occurrentibus eædem literæ reputantur proviſiones particulares, non autem declarationes generales, dictique Fratres Conventuales nova ſemper judicia iiſdem de rebus ſubire coguntur. Quare D. Blaſius Procurator Generalis Nobis humiliter ſupplicare fecit, ut circa prædictarum litterarum obſervantiam, per aliquod opportunum declarationis noſtræ miniſterium providere, ac aliàs, ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur D. Blaſium Procuratorem Generalem: & *infra*: hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerab. Fratrum noſtrum S.R.E. Card. ejuſdem Regularium negotiis præpoſitorum conſilio, præinſertas literas ab eiſdem Cardinalibus, aliàs, utcumque in caſibus particularibus emanatas, cum innitantur Juſtitiæ motus proprii Gregorii XIII. hac de re editi, & ſint conformes declarationibus Sac. Conc. Trid. ac Rituum Cong.; ut, qui ſunt in poſſeſſione præcedentiæ, præcedant, & ubi non probatur, aut non conſtat de poſſeſſione præcedentiæ, præcedant ii, qui ſunt antiquiores in loco controverſiæ, eſſe generaliter obſervandas, ubicumque contigerit de eadem præcedentia dubitari, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium præcipimus, & mandamus. Decernentes irritum, & inane &c. Non obſtantibus, &c. Romæ 18. Decemb. 1637.

Super quarum literarum Greg. & Urbani obſervantia: Sac. Congregatio. Epiſcop. ſub die 6. Octobris 1643. edidit decretum, ut infra *Sac. Congreg. &c. cenſuit ſervandas eſſe literas Greg. XIII. & Urbani VIII. ea de re editas, ut, qui ſunt in poſſeſſione præcedentiæ, præcedant, & ubi non conſtat de poſſeſſione, præcedant ii, qui ſunt antiquiores in loco controverſiæ, & ita ab his, ad quos ſpectat ſervari mandat, & præcipit. Romæ* 6. *Octobris* 1645.

Super præcedentia Fratr. Reform. S. Franc. debita, etiam quando, ſine Obſervantibus, ſub propria Cruce incedunt, videndus Lant. *ver. præcedentia numer.* 12. & interim pondera literas noviſſimè ab Innoc. XII. editas, ut infra.

Emanavit nuper à Congregatio-

tione Venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium Sa-
6 cris Ritibus præpoſitorum, in cauſa Præcedentiæ inter dilectos filios Fratres Provinciæ S. Didaci Novæ Hiſpaniæ in Indiis, Ordinis Minorum S. Franciſci, de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum, ex una, & Fratres Provinciæ Sanctiſsimi Nominis Jeſu Ordinis Æremitarum S. Auguſtini ex altera, partibus, vertente, Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet.

Mexicana Præcedentiæ. Cùm ſub die 13. Martii proximè effluxi in Cauſa Præcedentiæ inter Patres Diſcalceatos Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci, Provinciæ S. Didaci ex una, & Patres Auguſtinianos Provinciæ Sanctiſſimi Nominis Jeſu ex altera Partibus, ſuper executione Decretorum Sacræ Rituum Congregationis diverſis temporibus, ad favorem eorundem Patrum Diſcalceatorum Sancti Franciſci, aliàs editorum, & ſignanter lati ſub die tertia Junii 1676. & per literas in forma Brevis data 19. Junii ejuſdem anni à ſan.mem. Clemente Papa X. approbati, ac confirmati, in Regno Mexicano ultimo loco agitata, Sacra eadem Rituum Congregatio ſuper infraſcripto dubio ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Petruccio relato, videlicet. An Fratribus Diſcalceatis Strictioris Obſervantiæ Ordinis Sancti Franciſci, non ſolùm in Proceſſionibus ſolis, & ſub propria Cruce, ſed etiam in Concionibus, Diſputationibus, concurrentia Prælatorum, aliiſque actibus, tàm publicis, quàm privatis, interveniente, vel non interveniente Familia de Obſervantia, competat Præcedentia ſuper Fratres S. Auguſtini? Tàm in voce, quàm in ſcriptis, partibus acerrimè informantibus, auditis, reſponderit: In caſu, de quo agitur, Præcedentiam competere Patribus Diſcalceatis S. Franciſci, ac amplius dubium proponi vetuerit. Et nihilominus non acquieſcentes Patres Auguſtiniani, inſtiterint, præter ordinem, pro declaratione ſupradicti reſcripti, Sacra eadem Rituum Congregatio die 8. Maii currentis 1700. Partibus auditis, referente Eminentiſsimo & Reverendiſsimo D. Card. Petruccio, reſpondit: Fratres Auguſtiniani pareant, & perpetuò acquieſcant, & ita decrevit, & ſervari, ac exequi mandavit.

Alderan. Card. Cibo.
Loco † Sigilli.
B. Inghirami S.R.C. Secr.

Cùm autem, ſicut dilectus pariter filius Joſephus Montoro, prædicti Ordinis Fratrum de Obſervantia Diſcalceatorum Profeſſor, ac S. Theologiæ Lector, necnon Tribunalis S. Inquiſitionis Qualificator, ac d. Provinciæ S. Didaci Cuſtos, & Procurator, nomine dilectorum, etiam filiorum Miniſtri Provincialis, & Definitorum ejuſdem Provinciæ, Nobis ſubindè exponi fecit, ipſe, Decretum hujuſmodi, quò firmiùs ſubſiſtat, & ſervetur exactiùs, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ Patrocinio communiri,

perpetuumque deſuper Fratribus Ordinis Æremitarum S. Auguſtini ſupradictis ſilentium imponi, ac tandem ejuſmodi diuturnam controverſiam finiri ſummoperè deſideret. Nos ipſos &c. ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præinſertum authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac perpetuum prædictis Fratribus Ordinis Æremitarum S. Auguſtini ſilentium ſuper præmiſſis imponimus. Decernentes &c. ſicque &c. irritum &c. non obſtantibus &c. Romæ 14. Junii 1700.

Et dicendum procedere, etiamſi ipſi eſſent in loco poſteriores: modò in eo priores, & in poſſeſſione præcedendi eſſent Obſervantes, quia ſemper verificaretur, quod Ordo, (ad quem & ipſi Reformati, Diſcalceatique Ord. S. Franc. ſpectant) eſſet antiquior in loco, quibus proindè debita eſſet præcedentia; ſi enim Ordini, qui prius Monaſterium in loco habet, præcedentia debetur, prout Greg. & Urb. loquuntur, concluditur, & Fratribus ejuſdem Ordinis deberi; nam acceſſorium ſequitur naturam principalis.

CAPUT XV.

Officialis quoad Privilegia.

SUMMARIUM.

1 *Conſt. moderatoria Privilegiorum Regul. Leon. X.*

2 *Conſtit. Pii* IV. *revocantis Privilegia contraria Tridenti*

3 *Greg. XIII. reducit ad terminos Tridentini Privilegia à Pio V. Regularibus data.*

4 *Conſtitut. Gregorii XV.* Inſcrutabili.

5 *Alia Clem. X.* Superna.

6 *Privilegia non amittuntur per mortem concedentis: nota.*

7 *Amittitur Privilegium per ipſius abuſum.*

1 PRivilegia à S. Sede Regularibus data, eſſe, vel in totum revocata, vel correcta, & moderata ex ſequentibus patet. Et primo *ex conſt. dum intra* in Concil. Lateranenſi ſub Leone X. *dum intra*, & infrà.

§. I. Sacro approbante Concilio ſtatuimus, & ordinamus, quod Epiſcopi, & eorum Superiores, & alii Prælati præfati, Parochiales Eccleſias ad eoſdem Fratres ratione locorum ſuorum legitimè ſpectantes, quoad ea, quæ ad Parochianorum curam, & Sacramentorum conſervationem, adminiſtrationemque pertinent (ſine tamen Viſitatorum inſolito gravamine, vel impenſa) viſitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delin-

linquentes, ſi Religioſi fuerint, juxta ipſius Ordinis Regularia inſtituta, intra ſepta Regularis loci: Seculares verò Presbyteros, & Fratres hujuſmodi beneficia obtinentes, liberè, tanquam ſuæ juriſdictioni ſubjectos, punire.

§. II. Tam Prælati, quàm Preſbyteri ſeculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Miſſas in Eccleſiis domorum eorumdem, devotionis cauſa celebrare volentes, celebrare poſſint, ipſique Fratres, tales celebrare volentes, libenter recipere debeant.

§. III. Ac ab eiſdem Prælatis ad Proceſſiones ſolemnes pro tempore faciendas requiſiti (dummodò eorum loca ſuburbana, ultra unum milliare à Civitatibus reſpectivè non ſint remota) accedere.

§. IV. Necnon Superiores eorundem Fratrum, Fratres, quos ad audiendas confeſſiones ſubditorum eorundem Prælatorum pro tempore elegerint, eiſdem Prælatis perſonaliter exhibere, ac præſentare (ſi eos ſibi exhiberi, & præſentari petierint) alioquin eorum Vicariis (dummodò ad Prælatos ultra duas dietas accedere non cogantur) omninò teneantur; poſſintque illi per eoſdem Epiſcopos, & Prælatos ſuper ſufficienti literatura, & aliqua, ſaltem hujuſmodi Sacramenti peritia dumtaxat, examinari; Talibuſque præſentatis, admiſſis, vel etiam indebitè recuſatis confitentes Conſtit. *quæ incipit Omnis utriuſque ſexus*, quoad Confeſſionem dumtaxat, ſatisfeciſſe cenſeantur.

Verùm indebitè recuſatis confitentes, *cap. offic.* quoad *approbationem ab Epiſcopo num.* 4. ex Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. & ex Sac. Inquiſitionis decreto, notavimus, non ſatisfacere.

§. V. Ipſique Fratres, etiam forenſium, Confeſſiones audire valeant; Laicos tamen, & Clericos Seculares à ſententiis ab homine latis nullatenus abſolvere poſſint. Euchariſtiæ verò, & Extremæ unctionis, aliaque Eccleſiaſtica Sacramenta illis, quorum etiam infirmorum, ac decedentium, confeſſiones audierint, dicentibus proprium Sacerdotem illa ſibi dare denegaſſe, dare nequeant; niſi denegatio ſine legitima cauſa facta, vicinorum teſtimonio probata, aut requiſitio coram Notario publico facta doceretur. Eorundem verò Fratrum obſequio inſiſtentibus Sacramenta hujuſmodi, nullatenus miniſtrare valeant, niſi illorum durante obſequio.

§. VI. Pacta autem, & conventiones inter eoſdem Fratres, & Prælatos, atque Curatos pro tempore inita valeant; niſi per ſubſequutum Capitulum proximum Generale, vel Provinciale refutata, ac per eos refutatio hujuſmodi intimata debito tempore fuerit.

§. VII. Parochias autem cum Cruce ad levanda funera eorum, qui apud Eccleſias domorum, & locorum eorumdem ſuam elegerint ſepulturam, intrare non poſſint, niſi prius præmonito, & requiſito, ac recuſante Parochiano Præsbitero; & tunc ſine ejus, ac ordinarii præ-

Digitized by Google

judicio, niſi eiſdem Fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſervantia, & cum pacifica poſſeſsione ſuffragetur.

§. VIII. Volentes quoque ſepeliri in habitu eorumdem Fratrum in clauſtro non degentes, ſed in propriis domibus habitantes, in eorum ultim a voluntate ſepulturam ſibi eligere poſsint.

§. IX. Quodque Fratres ipſi ad Ordines promovendi per Ordinarios de grammatica, & ſufficientia examinari; & dummodò competentèr reſpondeant, per eoſdem Ordinarios liberè admitti, ac nullatenùs in eorum Eccleſiis, ſeù domibus, aut aliis eorum locis, ab alio, quàm à Diœceſano Epiſcopo, niſi priùs ipſo Diœceſano Epiſcopo, vel ejus Vicario, ſuper hoc cum debita reverentia requiſito, & abſque rationabili cauſa contradicente, vel eo à Diœceſi abſente, ad dictos Ordines promoveri debeant.

§. X. Nec ab alieno Epiſcopo conſecrationem Eccleſiæ, vel Altaris, aut Cæmeterii benedictionem petere, ſeù in Eccleſiis, per eos pro tempore ædificandis, primum lapidem per alienum Epiſcopum poni facere poſsint; niſi ubi Ordinarius bis, aut ter cum debitis reverentia, & inſtantia requiſitus ſine legitima cauſa id recuſaverit.

§. XI. Et abſque Curatorum conſenſu Sponſum, & Sponſam benedicere nequeant.

§. XII. Et ut debitus honor Matrici Eccleſiæ reddatur; tam ipſi Fratres, quàm alii Clerici Seculares, etiam ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis Privilegio muniti, die Sabbati Majoris hebdomadæ, antequam campanæ Cathedralis, vel Matricis Eccleſiæ pulſaverint, campanam in Eccleſiis ſuis pulſare minimè poſsint; Contrafacientes pœnam centum ducatorum incurrant.

§. XIII. Cenſuras autem per eoſdem Ordinarios latas, & promulgatas, ac in Matrici Civitatum, nec non in Collegiatis, & Parochialibus Eccleſiis Caſtrorum, & Oppidorum reſpectivè ſolemnitèr publicatas, quando ſuper hoc ab eiſdem Ordinariis requiſiti fuerint, in Eccleſiis domorum ſuarum publicare, ac ſervare.

§. XIV. Et ut Animarum utriuſque ſexus Chriſti fidelium ſaluti uberius conſulatur, illos, quorum confeſsiones pro tempore audierint, cujuſcumque ſtatus, & conditionis fuerint, ad ſolvendum decimas, ſive aliam bonorum, ſive fructuum quotam in locis, in quibus decimæ ipſæ, aut ſimilia ſolvi conſueverunt, etiam ſub onere conſcientiarum ſuarum, & hortari, ipſiſque etiam illas ſolvere recuſantibus abſolutionem denegare, & ſuper hoc requiſiti, id populo etiam publicè prædicare, & perſuadere teneantur.

§. XV. Conſervatores autem eiſdem Fratribus pro tempore à Sede Apoſtolica deputandi, doctrina, & probitate præſtantes, & in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti eſſe debeant, & coram eis per eoſdem Fratres, quibus dati fuerint, ultra duas dietas, à loco ſuæ ſolitæ habitationis,

nul-

Digitized by Google

nullus trahi poſſit, privilegiis ſuper hoc, aliàs eis conceſſis, nullatenus ſuffragantibus.

§.XVI. Excommunicati quoque Ordinem Mendicantium profiteri volentes, ubi de intereſſe Tertii agetur, abſolvi non poſſint, niſi prævia ſatisfactione. Procuratores quoque, & negotiorum geſtores, ac operarii eorumdem Fratrum ſervitiis inſiſtentes, ſententiis excommunicationis promulgatis illaqueati ſint, & eſſe cenſeantur, ſi illis cauſam dederint, aut dantibus conſilium, auxilium, vel favorem præſtiterint.

§.XVII. Fratres autem, & Sorores Tertii Ordinis, nec non Mantellati, Corrigiati, Pizocharæ, Cordellati, & alii, quocumque nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, ſepulturam, ubi voluerint, eligere valeant.

§.XVIII. Sed die Paſchatis tantùm Euchariſtiam, nec non Extremam Unctionem, cæteraque Eccleſiaſtica Sacramenta (Pœnitentiæ Sacramento dumtaxat excepto) à proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbunt perferenda teneantur; ac in foro Seculari coram Judicibus Secularibus conveniri poſſint.

§.XIX. Et ne cenſura Eccleſiaſtica vileſcat, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur; iidem dicti Tertii Ordinis ad divina audienda in Eccleſiis ſuorum Ordinum tempore interdicti nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſam nutriant, ſeù foveant, aut dantibus auxilium, conſilium, vel favorem quoquomodo præſtiterint.

§.XX. Collegialiter autem viventes, ſeù cum Clauſtralibus habitantes, ac mulieres virginalem, ſeù Cælibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu, vitam ducentes, privilegiis, quibus Fratres Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ habitum geſtant, gaudere debeant,

§.XXI. Omnia etiam, & ſingula ſupradicta ad reliquos Religioſos Ordinum quorumcumque, extendi, & per eos etiam ſervari debere volumus, atque decernimus.

§.XXII. Salvis tamen in reliquis deſuper non expreſſis, tàm Epiſcoporum, quàm Fratrum, & aliorum Religioſorum prædictorum juribus, quibus per præmiſſa in aliquo præjudicare, ſeù quidquam innovare non intendimus.]

Deinde apponit clauſulas derogatorias &c.

Eorundem privilegiorum, etiam pluries confirmatorum, & innovatorum, revocatoriam conſtitutionem in his, quæ Concilio Trident. adverſantur edidit Pius IV. *Bullar. Cherub. tom.*2. incipit.

In Principis Apoſtolorum Sede &c., & infra. [Nos quibus &c. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod eadem omnia, & ſingula privilegia, exemptiones, Immunitates, facultates, diſpenſationes, conſervatoriæ, indulta, confeſſionalia, Mare magnum, & aliæ gratiæ, in his omnibus, & ſingulis, 2

Digitized by Google

in quibus illa ſtatutis, & decretis Concilii hujuſmodi contrariantur, ipſo jure revocata, caſſata, & annullata, ac ad ipſius Concilii terminos, atque limites reducta ſint, & cenſeantur; nec quidquam adversùs ipſa decreta, & ſtatuta, quominùs ubique, & apud omnes obſerventur, in aliquo ſuffragari poſſe; ſed ea perinde haberi, & reputari debere, ac ſi nunquam emanaſſent, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, ac etiam ſtatuimus, & ordinamus.

Ad terminos Concilii Tridentini, & juris veteris Gregorius XIII. Conſt. *In Tanta Bull. Cherub. tom.*
3 2. omnia reducit privilegia, à Pio V. Conſtit. Incipit. *Et ſi Mendicantium*; & incipit. *Ex ſupernæ*, & Conſtit. incipit. *Ad hoc, ibidem*. Regularibus, & Monialibus conceſſa: ità quod ea tantùm per præfatas literas data, perſiſtant indulta, quibus ante hujuſmodi conceſſionem Regulares fruebantur, *& Concilio Tridentino non adverſantur*, Quæ autem ſint Concilio Tridentino contraria, ex ipſa Pii Conſtit. ſatis apparet, & tradit Lezana *Summa quæſt. Regul. tom. 2. cap. 1. ſub num. 16. uſque ad 58.*, & illa eſt, clauſula, qua Pontifices utuntur in privilegiorum confirmationibus.

Exemptorum privilegia quoad Animarum, & Monialium curam, Sacramentorum adminiſtrationem, & Verbi Dei prædicationem reſtrinxit, & limitavit Gregor. XV. *Bull. Cherub. tom. 3.* Con-
4 ſtit. *inſcrutabili Dei Providentia*; infra &c.

§. I. Hac generali, ac perpetuò valitura Conſtitutione decernimus, & ſtatuimus, & declaramus, ut deinceps, tàm Regulares, quàm ſeculares quomodolibet exempti, ſivè Animarum curam perſonarum ſecularium, Monaſteriis, ſeù Domibus Regularibus, aut quibuſvis aliis Eccleſiis, vel Beneficiis, ſivè Regularibus, ſivè Secularibus incumbentem, exerceant, ſivè aliàs Eccleſiaſtica Sacramenta, aut unum ex illis miniſtrent, prævia Epiſcopi licentia, & approbatione, ſivè quoquomodo in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicujus ex illis adminiſtratione de facto abſque ulla auctoritate ſe ingerant; in iis, quæ ejuſmodi curam, ſeù adminiſtrationem concernunt, omnimodæ juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Diœceſani Epiſcopi, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, plenè in omnibus ſubjiciantur.

§. II. Ad hæc, tàm Regulares, quàm ſeculares hujuſmodi, nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri ſe poſſint, quominùs ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum Monialium, etiam Regularibus ſubjectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter, tamquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.

§. III. Confeſſores verò, ſivè Regulares, ſivè ſeculares, quomodocumque exempti, tàm ordinarii, quàm extraordinarii, ad Confeſſio-

nes

nes Monialium, etiam Regularibus ſubjectarum, audiendas, nullatenus deputari valeant, niſi priùs ab Epiſcopo Diœceſano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant.

§. IV. Sed, & adminiſtrantes bona ad hujuſmodi Monaſteria Sanctimonialium, ut præfertur, etiam Regularibus ſubjectarum, pertinentia, ſive Regulares extiterint, ſive ſeculares quomodolibet exempti, Epiſcopo loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, ſingulis annis rationes adminiſtrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur; ad idque juris remediis cogi, & compelli queant.] (Illis de Corpore Obſer. interdicta eſt hujuſmodi adminiſtratio ab Innoc. XI. *Cap. Offic. quoad declar. Reg. S. Franc.*)

[§. V. Liceatque Epiſcopo ex rationabili cauſa Superiores Regulares admonere, ut ejuſmodi Confeſſores, & adminiſtratores amoveant; iiſque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores, & adminiſtratores amovendi quoties, & quando opus eſſe judicaverit.

§. VI. Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus unà cum Superioribus Regularibus, quarumcumque Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Præfectarum, vel Præpoſitarum eorumdem Monaſteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere; abſque ulla tamen ipſorum Monaſteriorum impenſa.

§. VII. Ac demum habeat Epiſcopus, tamquam dictæ Sedis Delegatus authoritatem coercendi, ac puniendi quoſcumque exemptos, tam ſeculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſiis, aut quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia; & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerit.

§. VIII. Ita ut Epiſcopi in ſupradictis caſibus, & in prænominatas perſonas, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, aut circa ea quoquomodo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas; uti ejuſdem Sedis Delegati, procedere, omnemque juriſdictionem exercere liberè, & licitè valeant. Decernentes ſic per quoſcumque Judices &c. non obſtantibus &c.

Aliam Conſtit. ſuper Regularium privilegiis in concernentibus ipſam Verbi Dei prædicationem; & Sacramenti pœnitentiæ, tam ſecularibus ipſis, quàm, etiam Monialibus, adminiſtrationem ſucceſſivè edidit Clemens X. *Bull. Cherub. tom.* 5. quæ incipit: *Superna Magni*, & infra.

§. I. Nos attendentes &c. hac generali, & perpetuò valitura conſtitutione decernimus, ac declaramus. 5

§. II. Regulares, qui in Eccleſiis ſui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Epiſcopo Diœceſano benedictionem petere; Prædicare tamen poſſe, quamvis illam non ob-

Digitized by Google

tinuerit. Quod ſi Epiſcopus benedictionem, nedum non conceſſerit; Sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Eccleſiis, licere Regularibus prædicare. Eoſque contravenientes ab illo, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, cenſuris, aliiſque pœnis Eccleſiaſticis, in vim Conſt. fel. record. Greg. XV. Prædeceſſoris Noſtri incipientis: *Inſcrutabili Dei Providentia*, coerceri, & puniri poſſe.

§. III. Epiſcopum tamen abſque juſta, & rationabili cauſa contradicere non debere, & hujuſmodi benedictionem teneri, etiam Regulares, petere, ſi in quibuſcumque Oratoriis ſui Ordinis Sermonem coram Populo, vel in Eccleſiis, aut ad Crates Monaſteriorum Sanctimonialium eorum juriſdictioni ſubjectarum, licèt clauſis januis, & nullus ſecularis ibi interſit, habere voluerint.

§. IV. Poſſe autem Epiſcopum licentiam conceſſurum Regularibus in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab Univerſitatibus, aut à Magiſtratibus Laicis nominatos, etiamſi Epiſcopi Anteceſſores, per tempus immemorabile, hanc licentiam abſque examine concedere conſueverint, quo ad doctrinam examinare; ſi ita ipſius arbitrio, quod moderatum, & diſcretum eſſe debet, viſum fuerit; Et licentiam prædicandi ſemel iiſdem conceſſam, ob rationabiles cauſas, licèt occultas, prædicationem tamen concernentes, ſuſpendere.

§. V. Non poſſe tamen Epiſcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Eccleſ. ſuorum Ordinum prædicent.

§. VI. Ad hæc Religioſos ab Epiſcopo ad Confeſſiones ſecularium in ſua Diœceſi audiendas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi eas abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione audire, quamvis pœnitentes ſubditi ſint ejus Epiſcopi, à quo ipſi Religioſi jam fuerint approbati.

§. VII. Et generaliter approbatos ab Epiſcopo ad perſonarum ſecularium Confeſſiones audiendas, nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas Confeſſiones Monialium ſibi ſubjectarum; ſed egere quoad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione.

§. VIII. Atque approbatos pro audiendis Confeſſionibus Monialium unius Monaſterii, minimè poſſe audire Confeſſiones Monialium alterius Monaſterii: itidemque Confeſſores extraordinarios, ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium Confeſſionès pro una vice audiendas, haud poſſe, expleta deputatione, in vim approbationis hujuſmodi illarum Confeſſiones audire; Sed toties ab Epiſcopo eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit.

§. IX. Cæterùm in Monaſteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxtà Regularia inſtituta vivitur, poſſe, tàm Prælatos Regulares, quàm Confeſſores Regularium eorumdem Monaſteriorum, ſeù Collegiorum audire Confeſsiones illorum ſecularium, qui inibi ſunt verè de familia, & continui commenſales, non

autem

Digitized by Google

autem illorum, qui tantùm ipſis deſerviunt.

§. X. Illos autem Religioſos, qui ad Confeſſiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Epiſcopis generaliter quoque indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporis, cæterorumque locorum, aut generis perſonarum in Diœceſi propria admittendos. Quoad cæteros verò, qui non adeò idonei reperirentur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere; ſemel autem ſimpliciter approbatos poſſe in Diœceſi Epiſcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paſchali, & quorumcumque, etiam infirmorum, Confeſſiones audire abſque ulla Parochorum, vel ipſius Epiſcopi licentia. De qua tamen Confeſſione teneri dictos Religioſos eorumdem infirmorum Parochum illicò certiorem reddere. Et hoc poſſe illis ab Epiſcopo ſub pœna ſuſpenſionis à facultate audiendi Confeſſiones præcipi. Sufficere tamen, ut certioratio hujuſmodi fiat ſaltem per ſcripturam apud ipſum infirmum relinquendam.

§. XI. Et eos, qui dictis Religioſis ſimpliciter approbatis Paſchali tempore Confeſſi fuerint, Conſtitutioni, quæ incipit: *Omnis utriuſque ſexus*, quoad confeſſionem dumtaxat ſatisfeciſſe cenſendos.

§. XII. Regulares verò ad ejuſmodi Confeſſiones audiendas prævio examine ſimpliciter, & abſque ulla temporis præfinitione ab ipſomet Epiſcopo, ſecus autem, ſi ab ejus Vicario, aut ab Anteceſſoribus Epiſcopis approbatos, non poſſe ab eodem, qui ſic approbavit, iterum examinari, aut ab eiſdem Confeſſionibus audiendis ſuſpendi, ſeù licentias illis conceſſas revocari, niſi nova ſuperveniente cauſa, quæ ipſas Confeſſiones concernat: De qua tamen haud neceſſarium eſſe, ut in actis conſtet; nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat, ubi eam ſibi aperiri poſtulaverit.

§. XIII. Porrò ſi Regulares cum ſcandalo, aut aliàs inhoneſtè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Epiſcopi judicio videantur à Confeſſionibus ſuſpendendi, in quo ipſius Epiſcopi conſcientiam oneratam eſſe volumus, cum præcipua Miniſtri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas ſit vitæ integritas, ac morum honeſtas; utique eam cauſam ad Confeſſionis miniſterium pertinere, ac proinde nihil obſtare, quo minus ob eam poſſit Epiſcopus Regulares à ſemetipſo approbatos ſuſpendere, aut repellere à Confeſſionibus audiendis.

§. XIV. Attamen Confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſſoribus adimi ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſt. nullatenus poſſe.

§. XV. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliave privilegia Regularibus cujuſcumque Ordinis, Inſti-

Inſtituti, aut Societatis, etiam Jeſu, conceſsis, factam eis non eſſe poteſtatem abſolvendi in caſibus ab Epiſcopo ſibi reſervatis; Et per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apoſtolica poſt Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixiſſe privilegia, priùs ab eodem Concilio, aut deinde Apoſtolicis etiam Decretis ſublata, atque exiſtentia, ſi quæ habeant abſolvendi à caſibus Epiſcopo reſervatis.

§. XVI. Et habentes facultatem abſolvendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, non ideò à caſibus Epiſcopo reſervatis poſſe abſolvere. Poſſe autem Regularem Confeſſorem in ea Diœceſi, in qua eſt approbatus, confluentes ex alia Diœceſi à peccatis in ipſa reſervatis, non autem illa, ubi idem Confeſſor eſt approbatus, abſolvere, niſi eoſdem pœnitentes noverit in frauden reſervationis ad alienam Diœceſim pro abſolutione obtinenda migraſſe.

§. XVII. Vigore ſupradictorum privilegiorum, nequaquam licerè Regularibus, etiam ſatisfacta parte, abſolvere Pœnitentes à cenſuris quoad externum, & judiciale forum, & abſolutos ab eis in foro pœnitentiali, utique non cenſeri abſolutos in exteriori judicio, & contentioſo. Quinimo cenſuris Eccleſiaſticis irretitos, & denunciatos ab Epiſcopis cogi poſſe, gerere ſe pro talibus, etiam ſi à Regularibus fuerint abſoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apoſtolicis privilegiis coram Epiſcopo, ab eo judicetur ipſa non ſuffragari caſui, de quo agitur.

§. XVIII. Si dictorum Privilegiorum verba obſcura ſint, & ambigua, non eſſe ad Metropolitanum recurrendum; ſed cum eis ſit interpretari, cujus eſt concedere, dictorum Privilegiorum interpretationem Sedis Apoſtolicæ judicio, prout aliàs Conſtitutione Prædeceſſoris Noſtri fel. rec. Clem. IV. ſtatutum fuit, eſſe requirendum.

Decernentes &c. ſublata &c. irritum, &c. non obſtantibus &c. etiam in corpore juris clauſis &c. cum aliis fortiſſimis derogatoriis. Romæ undecimo Kal. Julii 1670.

Privilegia regulariter non amittuntur per mortem Superioris, etiamſi, Superior, re integra, hoc eſt priuſquam privilegiatus, privigio utatur, deceſſerit: juxtà receptum juris axioma: *quod gratiæ re integra, morte concedentis non expirant: cap. ſi ſuper de offic. deleg. in 6. cap. ſi cum nulla de præbend. item in* 6. ſic, ſi quis obtinuerit privilegium à Papa, vel Epiſcopo, abſolutum, & non reſtrictum ad tempus, abſolvendi à reſervatis, audiendi confeſſiones &c. potuerit eo uti, etiam poſt mortem Pontificis, vel Epiſcopi, niſi à Succeſſoribus revocetur. Engel. *Colleg. uni. Jur. Can. lib.* 5. *tit.* 33. *§.* 3. *nu.* 15. Piaſec. *prax. par.* 1. *cap.* 1. *art.* 2. *n.* 27. *& par.* 2. *cap.* 1. *art.* 2. *num.* 6. Poncius *cur. Theol. diſp.* 46. *quæſt.* 7. *nu.* 110. reſolvens, quod Confeſſarius, cui fuerit ab Epiſcopo, vel Provinciali, delegata poteſtas abſolvendi à peccatis, poteſt ea uti, tametſi à ſuc- 6

Digitized by Google

ſucceſſore non confirmetur, modò non ſit conceſſa ad certum tempus.

Verùm, ſi privilegium concedatur, appoſita clauſula, *donec voluero, uſque ad meum beneplacitum*, morte concedentis expirat; cum ea verba ſignificent perſeverantiam voluntatis, quæ morte interrumpitur; ut habet Textus in *cap. Si gratioſè, de reſcrip. in 6. lib. 1. tit. 6.* Non ſic, ſi ſub forma ibi expreſſa conferatur: *Secus autem*: Textus loquitur, *ſi uſque ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum gratia concedatur prædicta; tunc enim (quia Sedes ipſa non moritur) durabit perpetuò, niſi à ſucceſſore fuerit revocata.*

7 Amittuntur tamen per abuſum: per regulam traditam *cap. immunitatem libr. 3. tit. 49. quod fruſtra legis auxilium invocet, qui committit in legem*. Et etiam per non uſum, præſertim, ut notat Piaſec. *par. 2. cap. 3. art. 6. num.* 74. ſi occurrant caſus, in quibus privilegiati privilegiis potuerunt uti, & non ſunt uſi: & à fortiori, ſi faciant actum contrarium privilegio; & hoc caſu, ipſe *numer.* 75. tradit, ſufficere aliquos parvos actus ſine quadragenaria, dummodo fierent collegialiter, ſeù à toto Conventu *cap. Cum M. Ferrarienſis de conſtit. libr. 1. tit. 2. & cap. pro illorum de præbend. lib. 3. tit.* 5. tunc enim intepretatione juris cenſetur juri ſuo tacitè renunciare.

CAPUT XVI.

Officialis quoad Proceſſiones.

SUMMARIUM.

1 *Regulares ultra medium milliare non diſtantes, accedere tenentur ad proceſſiones.*
2 *Non poſſunt compelli cenſuris.*
3 *Ad quas proceſſiones accedere teneantur?*
4 *Extra clauſtra non faciunt Proceſſiones; & diſtingue.*
5 *Eadem hora non fit proceſſio Corporis Chriſti.*
6 *Eodem die in eodem loco non fiunt duæ ſimiles proceſſiones.*
7 *Ordinarii non poſſunt compellere Regulares ad proceſſionem indictam occaſione ſuæ primæ viſitationis.*
8 *An autem poſſint Regulares in proceſſionibus uti Pluviali, & iſtius uſus ſit ſignum juriſdictionis in utente. Lege ſolutionem.*

TEnentur Regulares ad Proceſſione ſolemness accedere, prout *ex §. 3. conſt. dum intra tit. C. O. quoad privil.* & facit Trident. *ſeſſ. 25. cap. 13. de Regul.* verùm compelli debent cùm moderatione edita à Sac. Cong. C. apud Piaſec. 1
prax. part. 2. cap. 3. art. 6. à nu. 51.

ut

Digitized by Google

ut ſequitur, *ſan. mem. Greg. XIII. decrevit Regulares Monaſterii ultra medium milliare è Civitatibus diſtantis, non poſſe ab Epiſcopo compelli accedere ad proceſſiones, quæ intra Civitatem habentur;* & non cenſuris ex dictis *C. O. quoad exemption. num.* 14. *tom.* 1. ſed aliis pœnis, prout quoque notavit Quarant. *Bullar. v. præcedentia, ver.*
2 *an in caſu.* Nec ad omnes, ſe ad eas dumtaxat, de quibus fuit diſpoſitum in Cong. particulari de ordine Urb. VIII. celebrata ſub die 27. Julii 1628. & 21. Auguſti, ac 19. Septemb. ejuſdem anni, apud Pignatell. *tom.* 1. *conſ.* 121. *nu.* 2. ut infra. [Auditis Procuratoribus Ordinum, negotioque maturè diſcuſſo, unanimitèr cenſuerunt poſſe Epiſcopos, pœnis ſibi benè viſis compellere quoſcumque Regulares recuſantes, etiam Monachos, & quomodolibet exemptos, ad infraſcriptas proceſſiones accedere, atque illis intereſſe, exceptis dumtaxat in ſtrictiori Clauſura viventibus, & Monaſteriis ultra medium milliare à Civitate diſtantibus; nempe in die Feſto Sanctiſs. Corporis Chriſti, in Litaniis majoribus, in Rogationibus, ac in quibuſcumque aliis publicis, & conſuetis, vel pro bono, cauſa, aut honore publico, ab Epiſcopis indictis proceſſionibus; non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, conſuetudinibus, vel præſcriptionibus, etiam immemorabilibus; privilegiis, tantùm Apoſtolicis, S. Conc. Trident. poſterioribus contrarium deſuper diſponentibus minimè ſublatis.

Regularibus autem, & Confraternitatibus in Eccleſiis Regularium eſſe permiſſum, intra eorum Eccleſiæ Clauſtra tantùm, proceſſiones facere, & non extra. Si verò Eccleſiæ Clauſtris careant, eiſdem Regularibus, & Confraternitatibus, licere proceſſiones facere intra ambitum dumtaxat earumdem Eccleſiarum, hoc eſt, propè muros Eccleſiæ, & non extra dictum ambitum, niſi de licentia, & conſenſu, cum Cruce Parochi: privilegiis pariter, ut ſupra, Apoſtolicis, contrarium diſponentibus in ſuo robore permanentibus, quibus per hoc decretum minimè cenſeatur derogatum quoad proceſſiones faciendas per Regulares extra Clauſtra]refert Donat. *prax. regul. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 13. *quæſt.* 81. *n.* 6. item fuiſſe diſpoſitum à S. C. Rituum, *ſub die* 28. *Februarii* 1628.

Ad ſolemniter faciendam proceſſionem extra Clauſtra in quacumque die infra octavam Corporis Chriſti habent Regulares privilegium, cum ampliſſimis derogatoriis à Gregor. XIII. Conſt. *Cum interdum*, ut in Bullar. Cherub. *to.* 2. diſtinctis tamen horis, prout Innoc. XII. diſpoſuit in cauſa vertente inter Frat. Ord. Min. & PP. Ord. Prædicat. in Indiis, Conſt. *Sua nobis*, & infra; quod in cauſa inter dilectos Filios PP. Dominicanos ex una, & PP. Min. de Obſerv. Familiæ Ultramontanæ, & Civitatis Quiten. partibus ex altera.

Cum S. Rituum Congreg. ſub die decima menſis Februarii de anno Domini milleſimo ſexcenteſimo octua-

Digitized by Google

octuageſimo quinto decreviſſet, & declaraſſet: competere PP. Dominicanis jus peragendi proceſſionem Sanctiſſimi Corporis Chriſti Dominica infra octavam illius, privativè ad PP. Minores de Obſervantia, & ſignanter in Civitate Quiten., ita tamen, ut liceret eiſdem Patribus Minoribus eadem die Dominica infra octavam facere proceſſionem intra Clauſtra eorum Conventus.

[Pro parte eorumdem PP. Dominicanorum Provinciæ Quiten. habitus eſt recurſus ad ſan. mem. Innocentium Papam XI. prædeceſſorem noſtrum, ad obtinendam ſpecificam confirmationem præmemorati decreti; quam eis idem Innocentius prædeceſſor benignè impertitus eſt, per literas in forma Brevis: *Emanavit*, incipientes, ſub die vigeſima ſexta Martii, ejuſdem anni milleſimi ſexcenteſimi octuageſimi quinti expeditas.

Verùm cauſa hujuſmodi, cum juribus ex tunc ad Urbem pro Patribus Franciſcanis allatis, iterum coram eadem Sac. Congr. ad plenum diſcuſſa, ipſamet Congregatio decretum edidit, quo præſcripſit, quid tandem obſervandum ſit ab utraque parte circa prædictam proceſſionem tenoris ſequentis, videlicet: In cauſa Quiten. PP. Ordinis Minorum Familiæ Ultramontanæ, Conventus Civitatis Quiten. ex una, & PP. Dominicanos ejuſdem Civitatis ex altera, partibus, à dilecto Filio noſtro Cardinali Pamphilio repropoſita dumtaxat ſuper dubio proceſſionis SS. Corpori Chriſti, eadem Sac. Congreg. auditis utriuſque partibus, tam in voce, quàm in ſcriptis informantibus, *cenſuit: recedendum à deciſis, & in caſu, de quo agitur, licere Patribus Franciſcanis facere proceſſionem die Dominica infra octavam SS. Corporis Chriſti: ſed PP. Ordinis Prædicatorum de mane, Patribus verò Minoribus de ſero, & ita decrevit, & ſervari mandavit, die vigeſima quarta Martii, milleſimi ſexcenteſimi nonageſimi ſexti.*

Attamen non acquieſcentibus prædictis PP. Ord. Minor. Famil. Ultramon. Conventus Quiten. hujuſmodi decreto in ea tantùm parte, in qua hora peragendi proceſſionem ipſis præſcribitur, repropoſito ab eodem Cardinali Pamphilio in Sac. Rituum Congregatione hujuſmodi dubio, eadem Congregat. PP. Dominicanis, licet citatis, non informantibus; *In deciſis ſuper negocio principali, & licere PP. Franciſcanis facere proceſſionem, etiam de mane, diſtinctis tamen horis, ab Epiſcopo præſcribendis, cenſuit, & ita ſervari mandavit, die ſeptima Aprilis, milleſimi ſexcenteſimi nonageſimi ſexti.*

Sed ab hujuſmodi decreto reclamantibus PP. Dominicanis, propoſita iterum cauſa per præfatum Cardinalem Pamphilium, utraque parte informante, & juribus hinc inde diſcuſſis; Sac. Congr. prædicta reſcribendum cenſuit: *In deciſis ſuper negocio principali, & licere PP. Franciſcanis facere proceſſionem extra Clauſtra per loca ſolita, etiam de mane, diſtinctis tamen horis ab Epiſcopo, & data ele-*

ctio-

Digitized by Google

ctione horæ Patribus Dominicanis, à qua ſemel electa, non liceat amplius recedere, & ita decrevit, & ſervari mandavit, die prima Septembris, milleſimi ſexcenteſimi nonageſimi ſexti.

Verùm quia, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dicti Patres Franciſcani dubitant, ne executio, & obſervatio decreti hujuſmodi à dictis Patribus Dominicanis forſan impugnari poſſit, & in ſimili eventu idem decretum ſuo fruſtretur effectu; Ideò prædictus Frater Nicolaus ad Nos recurrit, humiliter ſupplicando, quatenus tibi, ut ad executionem dicti decreti juxta illius tenorem, & formam procedas, Apoſtolica auctoritate committere, aliàque ſibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſtatum, & merita cauſæ hujuſmodi præſenti deinde committimus Epiſcopo Quitenſi, ut contradictores ad exequendum decretum omnibus juris remediis, & factis compellat, ut ibi latè; non obſtantibus &c. Dat. Romæ 5. Kal. Martii 1696.

Undè patet Decretum Sac. C. Rituum de Anno 1633. 9. Aprilis apud Floſ. Nicol. *verb. proceſſ. numer.* 12. diſponens non eſſe permittendas in eodem loco, & eodem die duas ſimiles proceſſiones, non ampliari ad præfatas faciendas infra octavam Corporis Chriſti.

Non adeſt apud Ordinarios locorum facultas compellendi Regulares ad intereſſendum proceſſionibus, ab iiſdem; ſed non pro bono publico, ſed occaſione ſuæ viſitationis, indictis, ut notavit Peyrin. *ad Conſt. 2. Julii 2. §. 25. num.* 66. & decrevit S.C.C. *in Anagina Proceſſionis ſub die* 9. *Dec.* 1662. quæ ad dubium, an Fratres Strictioris Obſervantiæ potuerint ab Ordinario loci compelli ad proceſſionem indictam occaſione ſuæ primæ viſitationis; cenſuit, non potuiſſe. Lant. *verb. proceſſio:* ubi plura refert ſuper erectione Crucis per Capuccinos in proceſſionibus.

An autem poſſint Regulares uti Pluviali in proceſſionibus, de licentia Epiſcopi per eos faciendis, ſi in ea expreſſus non fuerit uſus præfati, reſolvendum, ut infra.

Supplicante humiliter P. Procuratore Generali Ord. Min. Obſerv. S. Franciſci à Sac. Ritum Congr. declarari infraſcripta dubia.

Primum. An Guardiani Ordinis Min. Obſervantium S. Franciſci Provinciarum Regni Neapolis, obtenta licentia ab Ordinariis locorum oretenus, vel in ſcriptis faciendi ſolemnes proceſſiones per Civitates, vel Oppida extra limites Conventuum ſuæ Religionis, cum Statua, aut Reliquia alicujus Sancti; poſſint Religioſi ſui Ordinis uti Pluviali, licèt in licentia obtenta non fuerit expreſſus uſus Pluvialis?

Secundum. An uſus Pluvialis in proceſſionibus ſolemnibus ſit teſti- 8 monium, & ſignum juriſdictionis in utente Sacerdote?

Sacra eadem Rituum Congregatio cenſuit reſpondendum.

Ad primum. *Affirmativè.*

Ad ſecundum. *Negativè:* & ita declaravit die 21. Martii 1699.

Digitized by Google

Controverſias de præcedentia in proceſſionibus publicis, ſeu etiam inter ſeculares Clericos, & Confratres exortas, componere ad Epiſcopum ſpectat, ex Trid. ibidem, cui modus ſuper ea retinendus præſcribitur à Gregorio XIII. Conſt. *Expoſcit*; videnda *in Bullar. Cherub. tom.* 2. *& cap. off. quoad præcedentiam num.* 1. *& nu.* 3. alias pondera Urbani VIII. literas.

CAPUT XVII.

Officialis quoad Quartam.

SUMMARIUM.

1 *Non ſemper ubique datur quarta pars.*
2 *Quæ Monaſteria teneantur ad quartam ex mente Trid., & Sacrar. Congreg. literis.*
3 *Quadragenaria computatur ante publicationem Concilii.*
4 *Quando Parochis incumbit onus probandi Regulares teneri ad ſolutionem Quartæ. Lege.*
5 *Min. habent privilegium non ſolvendi Quartam.*
6 *De candelis, quæ dantur ad manus Fratrum, Quarta non ſolvitur.*
7 *Bene vero de iis, quæ circa Cadaver deferuntur à domo defuncti ad Eccleſiam.*

QUarta, quæ funeralis dicitur, eſt; per Doctores, *quædam Portio à Canonibus inducta, & approbata* (& ideò *Canonica* appellatur) *Parocho propter Sacramentorum adminiſtrationem, debita, ex iis, quæ Regularibus obveniunt, ex quo in ipſorum Eccleſiis eligat quis Sepulturam, & apud eos ſepeliatur:* Barboſ. *de Off. Parochi p.* 3. *c.* 1. Hujuſmodi portio *Quarta* nominatur in Clementina *Dudum de Sepulturis in* 6. *lib.* 3. *tit.* 17. *§. Verum*, ubi diſponitur à Regularibus eſſe præfatorum quartam partem Parocho ſolvendam. Et in Extravag. *Inter cunctas* inter Extravag. *com. de Privil. lib.* 5. ad medietatem Benedictus XI. extendit. Propterea liquet, & notavit Antonell. *de Regimine Eccl. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 7. Canones in quota non concordare; in quibuſdam partibus, apud Mirand. *Manual. Prælat. to.* 2. *quæſt.* 48. *concl.* 2., eſt medietas: 1
in aliis tertia, vel quarta pars, ſecundum varia jura, & conſuetudines; Quibus in hac materia eſſe ſtandum, nemo dubitat, & firmat Piaſec. *Prax. Epiſc. part.* 2. *cap.* 5. *art. ultimo ſub num.* 45. *verb. Quanta.* Confect. *Sum. Privileg. Mendic. tit.* 19. *cap.* 1. *de Sepulturis*, & expreſſè habetur *cap. certificari de Sepulturis lib.* 3. *tit.* 28. ubi exponens Pontifex illud *Salva juſtitia &c.* ait: *Illa juſtitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem*

tem

tem pro locorum diverſitatibus attendatur. Hic Romæ datur medietas cereorum, intortitiorum, & candelarum,quę accenduntur,cum Cadavera deferuntur ad Eccleſias, in quibus ſibi elegerunt Sepulturam;& æquali portione inter Parochum, & alios, etiam Regulares, apud quos tumulantur, dividuntur ea item, quæ pro celebrandis Divinis Officiis, præſente corpore, & priuſquam terræ tradatur, ac circa Caſtrum doloris, & in Altaribus accenduntur: Sicut etiam arma, lectum, ornamenta, culcitra, ſeù pannus ſericus, tabulæ, & ſimilia. Et id propter ſpecialem, & antiquam conſuetudinem, quæ vim etiam obtinuit, ex Decreto *S. C. Viſit. Apoſt. die 5. Octobris* 1620. *ab Urbano VIII. approbato*, ut refert Paſqual. ad Lauretum de Franchis *prima par. ſub. num.* 28.

Ut Regulares ad quartam teneantur, neceſſarium conſideratur; quod Conventus, & Monaſteria fuerint erecta quadraginta annis ante Concilium, & quod totidem annis ſolvere conſueverint.

1 Quod liquet ex Decreto S.C. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 13. *de Ref.* ubi:
2 [Decernit ſancta Synodus, ut quibuſcumque in locis, jam antè annos quadraginta, quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolvi, ac poſtea fuerit; ex quocumque privilegio, aliis Monaſteriis, Hoſpitalibus, aut quibuſcumque locis Piis conceſſa, eadem poſt hac integro jure, & eadem portione, quæ antea ſolebat, Cathedrali, ſeù Parochiali Eccleſiæ perſolvatur: non obſtantibus conceſſionibus, gratiis, privilegiis, etiam Mari magno nuncupatis, aut aliis quibuſcumque.]

Ideò poſt eos annos erecta non tenentur, ex declaratione Pii V. *Conſt. Et ſi Mendicantium numer.* 11. [Quarta autem funeralium, de qua *ſeſſ.* 25. *cap.* 13. nequaquam ſolvere teneantur Monaſteria, quæ à quadraginta annis citra fundata exiſtunt: poſtquam Concilium ipſum loquitur tantùm de Monaſteriis antè annos quadraginta fundatis, quæ ipſam quartam ſolvere conſueverant.]

E pluries firmavit S. C. C. *ut in una Pampilonen. lib.* 43. *poſitionum fol.* 825. *cenſuit cap.* 13. *ſeſſ.* 25. [Non comprehendere Monaſteria, ædificata à quadraginta annis citra, aut, quæ in dies ædificantur, aut in futurum ædificabuntur, præſuppoſito, quod hujuſmodi Monaſteria, ejus ſint Religionis, cui à Sede Apoſtolica indultum ſit, ut quartam funeralem ſolvere non teneatur.]

Et in una Meliten. 2. *Auguſti* 1607. *lib.* 11. *Decret. fol.* 13. *à terg.* [S. Cong. cenſuit, ſi Religioni S. Franciſci de Obſervantia ante quadraginta annos ante Concilium à Sede Apoſtolica indultum fuit, ut quartam hujuſmodi ſolvere non teneatur, non teneri ad ſolvendam eam, hanc Eccleſiam poſt Concilium acquiſitam, tametſi, antequam Religioni prædictæ acquireretur, eam ſolvere dicta Eccleſia conſueviſſet.] *Et in una Hieracen. lib.* 2. *decr. fol.* 17., *& in una Nullius*

Digitized by Google

1625. *lib.* 12. *decr. fol.* 203. *à terg.* & *in una Auſculana lib.* 30. *decret. fol.* 503. 2. *Sept.* 1679. Et alibi ſæpè.

Et *die* 17. *Novembris* 1673. [S. Congr. Epiſ. & Regul. *Et* 27. *Februarii* 1649.] Sac. C. C. reſpon-
3 dit. [nimirum Patres Cœleſtinos non teneri ad ſolutionem quartæ funeralis, ex Privilegiis eiſdem conceſſis ſupra quadraginta annos ante Concilium Tridentinum publicatum.] Ut notat Antonell. *loc. ut ſub num.* 9.

Ex quo habetur, quod, cum Concilium fuerit, per Pium IV. Conſtit. *Benedictus Deus* 1564. *ſeptimo Kalendas Febr.* confirmatum *Bull. Cher. tom.* 21 *pag.* 103. & primò Romæ publicatum; ut tradit etiam *Bailltoi*. *ſum. Concilior. ver. Concilium Trid. ſeſs.* 3. *de receptione Concilii pag. mihi* 737. & habetur in citata Lycien. Monaſteria fundata poſt ejuſdem publicationem, vel etiam intra annos quadraginta, ſcilicet *poſt.* 27. *Januarii* 1624. (prout ſimiliter in eadem Lycien. & apud Gobat. *tom.* 2. *Operum Moralium tract.* 5. *verb. ubi ſepelien. cap.* 50. *num.* 76.) ſi erunt illius Religionis, quæ quadraginta annis antè præfatam, Privilegium exemptionis, quoad quartam, acceperit, & fuerit in poſſeſſione non ſolvendi, & ipſa exempta erunt; ex Regula quod *Dependens ſequitur naturam dependentis*; ſi verò Religioni, cujus ſunt membrum, unquam id fuerit indultum, & ſolvere conſuevit, & illa ad ſolvendum erunt obſtricta, ut tenuit Rota *in Poſnanien. jurium Parochialium* 5. *Maii* 1698. *coram Priolo*. Niſi ſpecificè eximantur per Privilegium continens expreſſam derogatoriam allegatæ diſpoſitionis conciliaris, & Clementinæ *Dudum*.

In caſu, quo Regulares ad quartam præſtandam non teneri ſubſtineant, Parochis probare incumbit 4
quadragenariam conſuetudinem, eoſque quadraginta annis ſupra publicationem Concilii eam ſolvere conſueviſſe, ut in terminis reſpondit S. C. C. *in cauſa Minorum de Obſervantia Provinciæ Poloniæ* 14. *Novembris* 1682. *lib.* 32. *decret. fol.* 476. ubi ad quæſitum, An ad Parochos, vel potius ad Superiores Regulares Conventuum, ſpectet onus probandi, quartam à controverſis Conventibus ſolvi conſueviſſe, vel non, per quadraginta annos ante Concilium? Sac. Cong. reſpondit: ſpectare ad Parochum.]

Quia verò ad firmandum in caſibus particularibus Privilegium exemptivum à quarta, ſolet in decretis SS. CC. apponi clauſula reſtrictiva, ut [Si Religioni ante annos quadraginta ante Concilium à Sede Apoſtolica indultum ſit: vel præſuppoſito, quod ſit ejus Religionis, cui ſit indultum, ut quartam funeralem ſolvere non teneatur.] Ideò, ut conſtet, quibus id fuerit conceſſum, videri poſſunt Caſarubius *compend. Privileg. verb. Canonica portio.* Mirand. *loc. cit. art.* 6. Rota *in Lycien. cit.* Peyrin. *de Privil. ad* Conſtit. unicam *Pyrrhi* §. 11.

Et, quoad hoc, notandum, Eugen. IV. ſub anno. 1404. Conſt. in-

Digitized by Google

cipit *Ad decorem*, exemiſſe Cœleſtinos: Nicolaum V. qui Eccleſiæ præfuit circa annum 1447. Conſt. incipit *Inter cœtera*, Carmelitas.
5 Julium II. quinto Kalend. Auguſti 1506. Conſt. incipit, *Et licet juxta*, Minimos. Leonem X. Conſt. *Exponi Nobis* 25. *Junii* 1518. & Paulum IV. Conſt. *Ex Apoſtolicæ* 9. *Martii* 1556. Prædicatores.

Minores Privilegium exemptivum à quarta receperunt ab Alexandro VI. Conſt. *Sacræ Religionis* 5. *Febr.* 1501. apud Roderico *collect. Privileg. Apoſtolic. Bulla* 7. prout ſequitur: [Sacra &c. Vobis, ut de cœtero omnibus, & ſingulis gratiis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, & indultis ſpiritualibus, & temporalibus, tam Fratrum Prædicatorum, quam Hæremitarum S. Auguſtini, & B. Mariæ de Monte Carmelo, omnibuſque aliis Mendicantibus per Sedem Apoſtolicam, vel per Legatos ejuſdem, etiam per literas Apoſtolicas, Mare magnum nuncupatas: etiam quoad exemptionem à ſolutione quartæ, locorum Ordinariis, & Parochialium Eccleſiarum Rectoribus debitæ, à qua vos potiori pro cautela eximimus, hactenus conceſſis, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, uti, potiri, gaudere liberè, & licitè poſſitis; & debeatis in omnibus, & per omnia, perindè, ac ſi vobis ſpecificè conceſſa fuiſſent, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus illis, quæ in literis prædictis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ indulgemus, illaque vobis de novo concedimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 5. Februarii 1501.]

Idem conceſſit Leo X. 15. *Februar.* 1514. Conſt. *Affectu benevolentiæ* apud Roderic. *Bullar. Bulla* 22. *ejuſdem Pontificis*.

De Candelis, quæ ad manus Fratr. dantur; quarta non ſolvitur, prout plenius habetur in Mari magno Minorum, idque conſidera- 6
vit Piaſec. *prax. par.* 2. *cap.* 3. *art.* 3. *à num.* 60. bene verò de iis, quæ cum funere deferuntur circa Cadaver à domo defuncti ad Eccleſiam:
ex Extravag. *inter cuncta*. Benedi- 7
cti XI. inter Extravag. *com. de privil. lib.* 5.

CAPUT XVIII.

Officialis quoad Quæſtas.

SUMMARIUM.

1 *Fideles prohiberi non poſſunt, quin Mendicantibus eleemoſynas conferant.*

2 *Extra diſtrictus Conventuales non Mendicant.*

3 *Ubi ſunt plures Conventus ſervatur*

tur ratio antiquitatis.
4 *Regulares non tenentur petere ab Ordinariis licentiam; & quando teneantur eis oſtendere? lege Sacr. Congregat. Decreta.*
5 *Regulares per ſe ipſos quærunt eleemoſynas, nec poſſunt ab Epiſcopis probiberi.*
6 *Ordinarii non confirmant licentias Religioſorum quæſtorum.*
7 *Cum intendunt eleemoſynas colligere extra Diœceſim, debent obtinere conſenſum ab Epiſcopo.*

Religioſis, præſertim ex Mendicantium Ordinibus licitum eſt mendicare, ſeù ex eleemoſynis oſtiatim collectis vivere; nec prohiberi poſſunt Fideles, quin eas præfatis conferant, prout expreſsè
1 Textus *cap. nimis prava de exceſs. Prælat. lib.* 5. *tit.* 31. idque impedientes, vel aliàs conſulentes cenſuris ſubmittuntur à Sixto IV. in Bulla Aurea; verum extra proprios Conventuum diſtrictus præfatis quæſtuare legitur interdictum à S. C. Epiſc. & Regul. ſub die 22. Junii 1674. dum partibus auditis: *declaravit, & decrevit, ne impoſterum præfatorum ordinum* Conventus, ſcilicet Obſer. & Capuccin. in Re-
2 gno Corſicæ, [proprios ſuos diſtrictus ad quæſtuandum egrediantur, ſed intra ſuos limites ſe quiſque contineat, ut ab his, quibus inſerviunt, ſubſtentari faciliùs poſſint. Nec non, ut ubi plures inveniuntur Conventus in eodem diſtrictu,
3 inter eoſdem ratio antiquitatis, ac fundationis rationabiliter habeatur; ſicque omninò obſervari mandavit.]

Quæ diſpoſitio ex rationis identitate, & inſpecta ratione finali, ac regionis ſterilitate, quas S. C. indubiè ponderavit; & ad evitandas lites; adeò faciliter inter regularium quæſtores, ipſaſque Religiones enaſcentes, ad cœtera loca extendi, nullus eſt, qui non conſideret.

Non tenentur petere ab ordinario licentiam quæſtuandi, prout fuit ſub die 6. Octob. 1597. reſcriptum 4
Epiſcop. Caſalen. ut infra. [Non tenentur Regulares, quæ ex inſtitutione, aut facultate S. Apoſtol. eleemoſynas quæritare, aut mendicare poſſunt, petere ab Ordinariis licentiam eleemoſynas per Diœceſim quærendi, cum in erectione Monaſteriorum eis licentia tacitè ab ordinariis impertita cenſeatur; & idem 2. Auguſti 1594. Collectori Portugalliæ, ut ſequitur.] *I Veſcovi per la licenza di cercar limoſine non devono haver coſa alcuna, ancorche menoma, e così i loro officiali. I Mendicanti, non hanno biſogno di ſimil licenza, la quale ſi preſume data loro per ſempre, quando fù loro permeſſo, che haveſſero Monaſtero nella Dioceſi.* Pignatell. *tom.* 8. *conſul.* 12.

Neq; debent ſuorum Superiorum licentiam Ordinario exhibere, dum elemoſynas quærunt in locis, ubi exiſtunt Conventus, bene verò, ſi eas velint colligere extra ipſa, prout in terminis S. C. C. apud Piaſe. *prax. Epiſ. part.* 2. *cap.* 3. *art.* 6. *nu.* 50. ad dubium. [An, ut quæſtores arceantur, poſſint Ordinarii facultatum à

Digitized by Google

Superiorib. Regularium eleemoſynæ quærendæ conceſſarum aliquam cognitionem, & qualem habere? Cong. cenſuit ex Concilio non prohiberi Regulares, quo minus eleemoſynas quærant, non tamen alios eorum nomine, & authoritate quoquo modo poſſe quæritare; illos tamen extra locum, ubi ſita ſunt Monaſteria eleemoſynas per eamdem Diœceſim corrogantes, teneri ad oſtendendam Ordinario licentiam ſuorum ſuperiorum. Similem declarationem de anno 1621. referunt Sperell. *deciſ.* 38. *n.*27. & Lantuſca *ver. eleemoſyna n.*1. tenoris infraſcripti. S.Cong. Card. Conc Trid. interpretum cenſuit Fratres Ordin. Mendicantium nequaquam poſſe ab Epiſcopis prohiberi, quo minus per ſe ipſos in Diœceſibus, ubi habent Conventus eleemoſynas quęrant; ſed tantum ſi extra loca, ubi Monaſteria exiſtunt, quæritare voluerint, teneri Superiorum licentiam Ordinario oſtēdere;] ubi dictio *taxativa tantum* loca ſpecificat, diſpoſitionem reſtringit, & excludit alia loca præter expreſſa, & quoad ea negationem continet; Barboſ. *de dictionib. diction.* 349. Ordinariis ſolùm permittitur, quod poſſint licentias videre, non verò quod eas confirment, prout Tex- 6
tus clarè, obligans ad oſtendendam licentiam, non tamen ad expectandam, vel obtinendam confirmationem, ut notat Lezana *tom.* 4. *ver. Quæſtuarii num.* 4.

Cum verò extra Diœceſim, in qua erecta ſunt Monaſteria, quæritare intendunt, conſenſum debent ab Ordinario obtinere: ſuper quos Fagnanus *de privil. cap. ſuarum nu.* 3. refert aliàs S. C. Concilii declaraſſe, [Fratres Mendicantes non poſſe quidem ab Epiſcopis prohiberi, quo minus per ſeipſos in Diœceſibus, ubi habent Conventus, eleemoſynam quærant; ſed tantùm ſi extra loca, ubi Monaſteria exiſtunt, quæritare vo- 7
luerint, teneri ſuorum Superiorum licentiam ordinario oſtendere; at ſi extra Diœceſim, teneri etiam illius conſenſum obtinere; & ex eo idem integrè refert Pignatell. *citat. numer.* 19.

CAPUT XIX.

Officialis quoad res Eccleſ. & Monaſt. non alienan.

SUMMARIUM.

1 *Regulares non poſſunt ſine expreſſa licentia S. Cong. alienare immobilia, vel mobilia pretioſa.*

2 *Limitatur in rebus modici valoris,* ex cap. terrulas.

3 *Et in rebus, quæ ſervando commodè non ſervantur.*

4 *Fratres Minor. de Obſerv, excipiuntur.*

5 *Nota limitationem.*

6 *Non poſſunt incidere arbores, quæ ad ornatum deſerviunt.*

7 *Arbores computantur inter immobilia.*

Pro-

PRohibitio alienandi res Eccleſiarum, & Monaſteriorum, comprehendens, etiam Regulares, habetur in 6. *lib.* 3. *tit.* 9. *lib.* 3. *tit.* 4. *Clementin. lib.* 3. *tit.* 13. *decretal. Greg. & Trid. ſeſ.* 25. *cap.* 10. *de Regul. & cap. Ambitioſæ inter extravag. com. lib.* 3. *de reb. Eccleſ. non*
1 *alienan.* quibus acceſſit Sac. C. C. decretum, ut infra.

[Sacr. Congr. *Card. Conc. Trident. Interpretum rerum experimento* edocta, quantum Religiones accipiant detrimenti ex bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium diſtractionibus, quas crebrò faciunt Regulares, Apoſtolicis privilegiis innixi, ac proindè operæ pretium putans, illorum facilitatem aliqua ratione compeſcere: ſpeciali S. D. N. juſſu, Generalibus, & Provincialibus Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, Generalibus, quibuſcumque aliis Superioribus Regularibus cujusvis Ordinis, Cong. Societatis, vel Inſtituti, intra fines Europæ exiſtentibus, omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pretioſorum mobilium alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, cenſus perpetuos, ſeù vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, conceſſionem in feudum, vel emphyteuſim, præterquam in caſibus à jure permiſſis, fieri perpetuò prohibet, atque interdicit, abſque ipſius Cong. Concilii expreſſa licentia in ſcriptis, & gratis concedenda, ſub pœna privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, vociſque activæ, paſſivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa impoſterum obtinenda, quam ipſo facto abſque alia declaratione incurrant: ſublata etiam Generali, & Protectori illa moderandi, aut relaxandi facultate pœnis nihilominus Apoſtolicarum Conſtitutionum, & præſentium fel. rec. Pauli II. quæ incipit Ambitioſæ, in ſuo robore permanſuris. Alienationes verò, pacta, ſenſus, hypothecas, locationes, conductiones, & conceſſiones quaſcumque contra hujuſmodi prohibitionem faciendas, Sanct. Suæ auctoritate ipſo jure nullas, atque irritas decernit. Non obſtantibus &c. indultis, & privilegiis &c. quibus &c. Sanctitatis Suæ authoritate derogat &c. Romæ 7. Septembris 1624. *prax. par.* 2. *cap.* 5. *art. ult. à num* 37.

Unde nec ipſi poſſunt bòna immobilia, vel mobilia pretioſa alienare, niſi duobus copulativè obſervatis: cum juſta nimirum cauſa, pia, neceſſaria, & utili, ac de conſenſu Majoris partis Capituli, juxta *cap. hoc jus* 10. *quæſt.* 2. *cap. ſine exceptione* 12. *quæſt.* 2. *cap. tua de his, quæ fiunt à majori par. cap. lib.* 3. *tit.* 10. & Apoſtolicæ Sedis, ex alleg. juribus, & *cap. Hoc conſultiſſimum lib.* 3. *eod. tit. in* 6.

Limitant DD. apud Quaranta *Bullar. ver. alien. rer. Eccleſ. num.* 41. ſi res immobilis ſit parva ex *cap. terrulas* 12. *quæſt.* 2. & tunc tria copulativè ſunt neceſſaria: ut res ſit exigua, & modica, quod non ſit Eccleſiæ utilis, & neceſſaria: quæ nam autem res dicatur exi- 2

 gua?

gua? relinquitur arbitrio boni viri; ponderata conditione Eccl. juxta Gloſ. ad *alleg. cap. terrulas*.

Et ex eo notetur, quod Sac. C. C. *cenſuit nequè Conſt. Pauli II. nequè Conc. Trid. decretum derogaſſe diſpoſitioni cap. terrulas* 12. *qu.* 2.

Limitant quoque in rebus, quæ
3 non durant triennio, nec ſervando commodè ſervantur, vel uſu conſumuntur (& ideo mobiles dictæ) ut vinum, frumentum, animalia gregis ſuperflua, veſtes attritæ, non pretioſæ, & cætera alia, quæ ſine detrimento ſervari non poſſunt. Verum praxis eſſe debet ad propriarum Conſt. præſcriptum.

Et in bonis relictis, & donatis, Conventui, & Eccleſiæ, quæ ſint incapaces retinendi, etiam in communi, ut ſunt Fratres S. Franc. de Obſervant. & Capuccini: quæ,
4 cum aliis ipſe notavit Quaranta, poſſe ſine ſolemnitatibus alienari, & pretium converti in Eccleſiæ neceſſitates, ſuper quo ponderetur decretum Sac. Cong. quod refert Nicol. *Canon. lib.* 2. *tit.* 1. *de alienan. bon. Eccleſ. num.* 20. *quæ ſub die* 12. *Aprilis* 1625. *cenſuit Fratres Min. de Obſervantia non comprehendi ſub prohibitione alienandi immobilia, cenſus, & annuos redditus*. Simile quid pro Theatinis exhibet; & cum ipſo Donatus *tom.* 1. *par.* 2. *quæſt.* 62. vide Quaranta *nu.* 32. *verſ. Hoc intellige*, ſcribentem procedere, etiam ſi in legato facto Eccleſiæ incapaci dicatur, quod non poſſit alienari; quia adhuc poterit, & inde pecunia converti in Eccleſiæ utilitatem. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *§.* 3. *nu.* Fagnan. *cap. nulli de reb. Eccleſ. non alienan. num.* 28.

Verùm cenſerem neque ipſos poſſe ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ alienare res pretioſas Eccle- 5
ſiæ relictas; ut vaſa argentea, Calices, veſtes pretioſas, picturas, & alia ſimilis generis; quia horum Eccleſiæ ſunt capaces, ut praxis probat.

Neque poſſunt ab eis pignorari bona mobilia pretioſa; & ea mobilia, quæ ſervando ſervari poſſunt; maximè ſi id fiat ſine debita cauſa, & forma; quia pignoratio per Quaranta *ibid. num.* 27. alienatio eſt: præſertim, quando res tanti eſt obligata, quanti valet.

Nevè poſſunt incidere arbores, 6
etiam non fructiferas, quæ tamen ad ornatum deſerviunt, ut ipſe obſervavit Quaranta *nu.* 33. & Ameno *de pœnis tit.* 3. *§.* 4. *num.* 8. ex
eo, quod inter immobilia compu- 7
tentur; quod Fratrib. Min. de Obſerv. legitur prohibitum in Sambucanis *cap.* 6. *§.* 12. *num.* 4.

An autem poſſint alienare Capellas, & Sepulturas, vide capite *Offic. quoad. Eccleſiaſt. reſ. S. Franciſci tom.* 1. *num.* 28. *par.* 260.

C A-

Digitized by Google

CAPUT XX.

Officialis quoad Sacramentorum adminiſtrationem.

SUMMARIUM.

1 *Legendæ. Conſt. Apoſtolica Leonis X. Greg. XV. & Clement. X.*

2 *Regulares à Palmarum die uſque ad Dominicam in Albis poſſunt ſecularium Confeſſiones audire.*

3 *Die Paſcatis non poſſunt ſecularibus miniſtrare SS. Eucbariſtiæ Sacramentum, & alia lege: & limita.*

4 *Nevè illis de Tertio Ordine.*

5 *Advenis, qui in ipſorum Conventibus infirmantur, non miniſtrant Eucbariſtiam, & Extremam-Unctionem ſine Parochi, vel Epiſcopi licentia, & apud eos non ſepeliuntur.*

6 *Religioſo extra Monaſterium egrotanti Parochus ea Sacramenta miniſtrat.*

7 *Qua ratione aliquis actus dicatur deputatus alicui Ordini?*

8 *Eſt irregularis exercens actum ordini deputatum.*

9 *Quid ſit miniſtrare ſolemniter in ordine.*

10 *Aqua à Sacerdotibus benedicitur.*

11 *Ignorantia poteſt excuſare ab incurſu irregularitatis.*

UT Regulares ſuper propoſito titulo non errent, nevè jura Parochorum violent, crebrò debent Conſt. Leonis, *dum intra*, Greg. XV. *Inſcrutabili*, & Clem. X. *Superna alleg. Cap. Offic. quoad*
1 *privileg.* ad manus habere; ad quas
ipſos remitto; in primo tomo ponderabunt illam Innocent. X. *Cum ſicut*, prout *cap. Offic. quoad exemptionem num.* 22. præſertim ad IX. X. XI. XVII. & ad IV. exhibitum pro parte PP. Societatis, quibus, hæc ſuperadduntur.

Quod à Palmarum die uſque ad Dominicam in Albis ſecularium Confeſſiones valent audire, ex Sac. Congreg. Conc. decreto ſub die 8. *Julii* 1644. tenoris qui ſequitur: Sac. Cong. &c. (Poſt maturam diſcuſſionem cenſuit Archiepiſcopum Burdigalenſem non poſſe prohibere Regularibus habentibus privilegia Apoſtolica, ut à Dominica Palmarum uſque ad Dominicam in Albis incluſivè adminiſtrare non valeant Sacramentum Confeſſionis: poſſe tamen eiſdem prohibere, ut perſonis ſecularibus in die Paſchatis non adminiſtrent SS. Euchariſtiæ Sacramentum, etiam ſi dictæ perſonæ ſeculares, alia die, ſatisfecerint præcepto Eccleſiæ; quam determinationem) *ſub die 7. Februarii* 1645. *conſt. exponi nobis*, relata per Poncium *curſu*

Theol. diſp. 46. *quæſt.* 9. *num.* 121. confirmavit Innoc. X.

Et nedum tempore in decreto expreſſo ſecularium Confeſſiones audire, verum etiam iidem pro eodem, valent Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare, pro ut, propoſito dubio in cauſa *Mechlinen, miniſtrationis SS. Euchariſtiæ Sacramenti*: [An PP. Societatis, aliique Regulares poſſint miniſtrare SS. Euchariſtiæ Sacramentum perſonis ſecularibus à Dominica Palmarum uſque per totam Dominicam in Albis? eadem Sac. Cong. Concilii die 31. Januarii 1682. reſpondit affirmativè, excepto die Paſcatis: ita tamen, ut ſeculares, ſumentes Euchariſtiam in Eccleſiis Regularium in aliis diebus à Do-
3 minica Palmarum ad Dominicam in Albis incluſivè, non ſatisfaciant præcepto Eccleſiaſtico.] Limita, niſi ſint Parochiæ; & tunc ſoli Parochiani.

Ii verò, qui de Tertio Ordine vocantur, nequeunt in Paſchate Sacram Synaxim à Regularibus ſumere, ut ſub die 20. *Decembris* 1616. apud Peyrin. *ad Conſt.* 4. *Six-*
4 *ti IV.* §. 7. *nu.* 49. ſtatuit S. Cong. Epiſc. & Regul., prout ſequitur, S. Cong. &c. Statuit juxta multas ejuſdem Congregationis reſponſiones, non poſſe Sacerdotes Regulares audire Confeſſiones Sacramentales mulierum Tertii Ordinis, quæ de pœnitentia dicuntur, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad Confeſſiones ſecularium audiendas: quemadmodum, nec poſſe illis adminiſtrare Sacratiſs. Euchariſt. Sacramentum in die Paſchatis Reſurr. D. N. J. C. quod decrevit etiam S. Cong. Conc. *Floſ. Nicol. V. tertiariæ. n.* 2.

Circa Advenas, qui in Monaſteriis infirmantur obſervanda eſt diſpoſitio Sac. Congregationis Concilii, quæ in una *Monopolitana* 27. *Septemb.* 1670. *ut in lib.* 26. *decret. fol.* 444. *cenſuit non licere Fratri-* 5
bus abſque licentia Epiſcopi, vel Parochi adminiſtrare Sacramenta Advenis, qui in eorum Conventibus infirmantur, & ſi decedant, non poſſe ſepeliri in eorum Eccleſiis.

Religioſus ægrotans extra Monaſterium, vel apud ſuos, aut alibi, debet Viaticum, & Sacram Unctionem de manu Parochi ſuſcipe- 6
re, niſi iſte conſentiat, ut ab ipſis Regularibus miniſtrentur, ut tradit: Donat. *prax. Regul. tom.* 111. *tract.* 10. *quæſt.* 9. *num.* 6.

Concluditur nullum Clericum poſſe miniſtrare in ordine, quem non habet, vel exercere actum aliquem ordini Sacro deputatum; dicitur autem actus Ordinis deputatus per Piaſec. *prax. par.* 2. *cap.* 4. 7
art. 12. *num.* 9. cujus faciendi poteſtas datur in collatione illius Ordinis, & qui non poteſt exerceri, niſi per habentem illum ordinem. Textus in *cap. de Cleric. Ordin. Mini-* 8
ſtran. lib. 5. *tit.* 28. Et ſi miniſtret irregularis efficitur; verum ibi notat Gloſ. *in ver. ſi quis baptizaverit*, id intelligi, ſi miniſtret, ac ſi eſſet ordinatus, ac ei liceret ex officio; vel, ut loquitur Laym. *Theol. mor. lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *cap.* 2. *n.* 2. ſi ſolemniter miniſtret, hoc eſt; cum propriis ornamentis illius ordinis; 9
cum

cum ſolemniter miniſtrare in aliquo ordine, ſit miniſtrare cum illius ordinis ornamentis; ut cum manipulo quoad ſubdiaconum, cum ſtola quoad Diaconum, cum planeta quoad Sacerdotem, prout ſcripſit Sylveſtr. *Sum. ver. irregular.* 12.*quæritur;* & ideò Clericus non ſubdiaconus, ſi cantet Epiſtolam cum manipulo, eſt irregularis, quia manipulus, eſt proprium ornamentum ſubdiaconi; ſi baptizet nulla neceſſitate urgente, ut *alleg. cap. ſi quis*. Si nuptias ſolemniter celebret, & ut ibi Layman, & Aquam benedicat, cujus benedictio, actus reverà eſt Ordini Sacerdotali deputatus: argumentum ex rubrica Miſſalis, & ex *cap. Aqua ſale diſt.* 3. *de conſecrat.* ubi Sacerdotibus mandatur, ut aquam cum ſale benedicant.

Limitat Laym. poſſe per ignorantiam probabilem excuſari; vel ſi bona fide, & candida ſimplicitate ordinem exercuerit, exiſtimans id ſibi eſſe licitum, Quaranta *Bullar. Ordo verſ. quibus &c.*

CAPUT XXI.

Officialis quoad Sepulturas.

SUMMARIUM.

1 *Decedentes inelecta ſepultura ſepeliuntur in Parochiali, vel ea majorum, & ibi de uxore:*

2 *Inducentes ad eligendam ſepulturam excommunicantur.*

3 *Pubes non poteſt ſibi ſepulturam eligere.*

4 *Dubia occaſione electionis ſepulturæ à S.C.C. ſoluta.*

5 *Decedentes, cum habitu Religionis poſſunt alibi ſibi ſepulturam eligere.*

6 *Sepultura Tertiariorum, & Cordigerorum ex S.C.*

HAbetur apud DD. communiter recepta concluſio, quod decedentes ſine ſepulturæ electione in ea majorum, ſi exiſtat, ſin au-
1 tem in Parochiali, ſint tumulandi, *cap.* 15. *qui habet de ſepulturis libr.* 3. *tit.* 12. *in* 6. ubi de uxore, quæ plures viros habuit ſucceſſivè, ſi ſepulturam non eligat, diſponitur, eſſe tumulandam cum ultimo, cujus domicilium retinet, & honorem; videatur Sperellus *deciſ.* 88.

Singulis liberum eſt ſibi ſepulturam eligere in Eccleſiis Regularium ex Clemen. *Dudum de ſepult. lib.* 3. *tit.* 7. *§. hujuſmodi*, & Conſt. Leonis X. *dum intra, cap. Offic. quoad privilegia tit.* 1. Verum ex- 2
communicationem Papæ reſervatam incurrunt, tam Clerici, quàm Regulares ex Clement. *Cupientes de pœnis lib.* 5. *tit.* 8. *§. ſanè*, qui ad eligendam ſepulturam in ſuis reſpectivè Eccleſiis quempiam inducunt, vel ad non immutandam electam

alli-

alliciunt. Ex quibus patet, quod electio ſepulturæ relinquitur libertati cujuslibet, modò non ſit pubes (in muliere pubertas duodecimum; & in viro 14. annum completum exigit, ex Gloſs. *ad cap. licet de ſepult.*
3 *in 6. in ver. pubertatis*) quia, utpotè non ſui juris, ſibi ſepulturam eligere nequit, prout expreſsè *alleg. cap. licet*.

Dubiis verò, quæ occaſione electionis ſepulturæ poſſunt oriri, reſpondit S. C. C. ut infrà.

I. An ſit valida electio ſepulturæ, quam quis, ſive ſanus, ſive infirmus coram Parocho elegerit?

II. An ad validitatem electionis ſepulturæ requiratur teſtamentum in ultima infirmitate, vel ſufficiat, quod eligatur antea per alium actum publicum, qui teſtamentum non ſit?

III. An ſit nulla electio ſepultu-
4 ræ, quando ipſa eligitur per teſtamentum, factum in vita, & non in morte?

IV. An, qui habet capellam ſuæ familiæ cum propria ſepultura, aut capellam erexerit cum ſepultura propria, moriens abſque ſepulturæ electione ſepeliendus ſit in Cathedrali?

V. An validè eligatur ſepultura coram duobus teſtibus?

VI. An electio ſepulturæ per nutus, & ſigna in caſu, quo quis loqui non poſſit, ſit valida?

VII. An Confratres ſodalitatum, non electa ſepultura, poſſint ſepeliri in ſepulcro ſuæ Eccleſiæ?

VIII. An electiones ſepulturæ, quæ jure præſumuntur, ſicut Uxoris reſpectu Mariti, Filii reſpectu Patris, eorumque majorum, ac ſervorum reſpectu Dominorum ſint validæ?

IX. An qui poſt mortem mandat ſuum corpus indui habitu Tertiariorum, ſit ſepeliendus in Eccleſia Regulari?

Ad quæ ſub die 13. Februarii 1666. reſpondens, declaravit, cenſuit, & decrevit, ut ſequitur.

Ad primum. Cenſuit eſſe validam; dummodò Parochus non teſtetur ad proprium commodum.

Ad ſecundum cenſuit non requiri neceſſariò teſtamentum.

Ad tertium. Cenſuit non eſſe nullam.

Ad quartum. Non eſſe ſepeliendum in Cathedrali.

Ad quintum. Eſſe validam.

Ad ſextum. Eſſe validam; dummodò ſufficienter conſtet de voluntate eligentis.

Ad ſeptimum. Negativè.

Ad octavum. Cenſuit, quatenus electa non fuerit ſepultura, Uxorem in ſepulcro ultimi Viri ſepeliendam, Filios verò in ſepulcro majorum; ſervos autem in Parochia.

Ad nonum. Cenſuit negativè. Pignatell. *tom. 1. conſult. 17.*

Sed neceſſe eſt, ut in ea ſepulturam eligat, ut ſub die 23. Novembris 1582. Sacra Congreg. Epiſc. & Regul. reſcripſit Epiſcopo Novarienſi. Pignatell. *tom. 1. Conſult. 17. num. 20.* & non eſſe de neceſſitate in eorumdem Eccleſiis ſepeliendum habetur §. 8. Conſtit. *dum intra* 5
Leonis X. *Cap. Offic. quoad privil.*

De

De ſepultura Tertiariorum lege Decretum *alleg. Cap. Offic. quoad*
6 *Tertiarios & ex* §. 2., & 5. *inſers*.

Pro illa Cordigerorum, datur Decretum à Lantuſ. *vid. Confraternitas num.* 12. *ut infra. Demum circa ſepulturam Cordigerorum utriuſque ſexus* Sac. Cong. Epiſc., & Regul. in controverſia *Senogalien. die* 22. *Novembris* 1580. ſic obſervari mandavit: [Quod ubi adeſt ſepultura communis pro Cordigeris in Eccleſia Fratrum Minorum; ubi eſt erecta Confraternitas, ſepeliantur in ea; ubi verò non eſt talis ſepultura, moderentur, ſicut cæteri ſeculares, & ſepeliantur in Parochiali Eccleſia, ſi non ſibi elegerint aliundè ſepulturam:] quod certè procedit in caſu mortis, ſepultura inelecta: aliàs à privilegio nil haberent, quia eſt, etiam aliarum ſodalitatum Confratribus commune, quod, ſi habeant in propriis Eccleſiis communes ſepulruras, eaſque ſibi eligant, in eis ſepeliantur. Neque dicendum, privilegium eſſe locale, quia loquitur de Sepultura Cordigerorum, exiſtente, non in tali Eccleſia particulari, ſed in ea Fratrum Minorum.

CAPUT XXII.

Officialis quoad Syndicos.

SUMMARIUM.

1 *Syndici Apoſtolici nominantur à Generali, & Provincialibus.*
2 *Gaudent privilegio fori.*
3 *Varia Decreta SS. CC. ſuper exemptione Syndicorum ab Innoc. XI cofirmata.*
4 *Sindici ſunt exempti ab oneribus communitatis.*
5 *Et à repreſaliis.*
6 *Et à ſolutione collectarum, etiam quoad bona exiſtentia extra locum Syndicatus.*
7 *Non comprehenduntur ſub revocatione Patentatorum.*
8 *Privilegiis unus ſolum Syndicus pro unoquoque Conventu fruitur.*
9 *Etiam Syndici Hoſpitiorum videntur immunes.*

SYndicus Apoſtolicus pro toto Ordine à Generali, & Provincialibus pro Provinciis, & Con-
1 ventibus nominatur juxta diſpoſitionem Pauli IV. Conſtit. ex Clement. apud Confect. *de Privileg. Mend.*; vel, etiam à Guardianis de præfatorum licentia, ut expreſsè textus; ad effectum, ut ipſe nomine Romanæ Eccleſiæ, eleemoſynas Fratribus Minoribus à Fidelibus elargitas, recipiat, adminiſtratue eorum providendo neceſſitatibus.

Syn-

Syndicos intuitu laborum, quos continuò in Fratrum beneficium ſuſtinent, S. Sedes ſpiritualibus favoribus decoravit: ipſis Clemens VII. conceſſit privilegium fori in
2 cauſis civilibus, criminalibus, & mixtis, motis, & movendis, *Bullar. Cherub. tom.* 1. ut infrà.

[Dum conſideramus aſſiduos labores, & vigilias, quas dilecti Filii Syndici, & Procuratores Domorum, & Monaſteriorum Fratrum S. Franciſci, Regularis Obſervantiæ, & Monialium Sanctę Claræ, Conceptionis, & Annunciationis, Ordinum, & Sororum Tertiæ Regulæ Sancti Franciſci, ſuſtinere non ceſſant, meritò nos obligant, ut animarum ſuarum ſaluti conſulamus, ipſoſque à quibuſvis moleſtiis, & injuriis, ſibi pro tempore illatis, quantum cum Deo poſſumus relevemus.

Idcircò uni Syndico, & Procuratoribus hujuſmodi, cum illius Uxore, & liberis, præſenti, & futuro ſingulæ Domui, & Monaſterio prædictis, pro tempore ſervientibus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, ipſi, & eorum quilibet omnibus, & ſingulis indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, favoribus, & gratiis, quibus Fratres Ordinis Obſervantiæ prædictorum utuntur, potiuntur, & gaudent, ſeù uti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere poſſint, & valeant,

Et inſuper in quibuſvis cauſis, & rebus ipſos Syndicum, & Procuratorem concernentibus, civilibus, criminalibus, & mixtis, non niſi coram Judicibus Conſervatoribus Domorum illorum, quarum ipſe Syndicus, & Procurator fuerit, de Juſtitia reſpondere teneatur, auctoritate Apoſtolica concedimus, & indulgemus.

Inhibendo ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna univerſis, & ſingulis Judicibus, Commiſſariis Eccleſiaſticis, & Secularibus, quacumque auctoritate fulgentibus, ne de cauſis, contra dictos Syndicos, & Procuratores, motis, & movendis, directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, ſeù prætextu, ſe intromittere quomodolibet de cætero audeant, vel præſumant. Decernentes quoſcumque proceſſus contra dictos Syndicos, & Procuratores, per alios, quàm dictos Conſervatores, in cauſis dumtaxat contra eos motis, & movendis, habendos, & ſententias ferendas, nullos, & invalidos, nulliuſque roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus &c. Romæ. 16. Aprilis 1526.

Ab Innocentio XI. confirmantur in forma ſpecifica Decreta variarum SS. Congr. emanata ſuper exemptione, & Privilegiis præfatorum Syndicorum.

Aliàs pro parte dilecti filii Franciſci Mariæ Tagliaferri, Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci, de Obſervantia nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium

Digitized by Google

negociis, & Conſultationibus Epiſcop., & Regular. præpoſitæ, expoſito, quod dudum nonnulli Romani Pontifices, & præſertim fel. recor. Nicolaus III., & Nicolaus IV., Martinus IV., & Martinus V., & Eugenius IV. Prædeceſſores Noſtri, ut vera Obſervantia, Regulęque puritas in ordine prædicto vigeret, & magis augeretur, Fratreſque ipſius Ordinis ab omni dominio, & proprietate alieni conſervarentur, ſtatuerant, & ordinaverant, ut unicuique Conventui dicti Ordinis aſſignaretur unus Procurator, ſive Syndicus Apoſtolicus, qui omnes eleemoſynas, tam pecuniarias, quàm aliarum rerum, colligere, illaſque ſolus in neceſſitates Fratrum præfatorum applicare deberet.

§. I. Et ſubinde recol. mem. Clemens Papa VII. etiam Prædeceſſor Noſter, intuitu laborum, quos ejuſmodi Syndici in beneficio dictorum Fratrum, quocumque tempore, & quàvis occaſione aſſiduè ſuſtinebant, eoſdem Syndicos à foro ſeculari exemerat, volens, ut in cauſis, tam civilibus, quàm criminalibus, & mixtis, non niſi coram Judicibus Conſervatoribus eorundem Fratrum Minorum de Obſervantia de juſtitia reſpondere tenerentur, & aliàs prout in ipſius Clementis Prædeceſſoris literis, deſuper in ſimili forma Brevis die 16. Aprilis 1526. expeditis, pleniùs dicitur contineri.

§. II. Ac in eadem expoſitione ſubjuncto, quod nonnulli dicerent, privilegium hujuſmodi in aliqua ſui parte ampliùs in uſu non eſſe, alii verò prætenderent, illud Syndicis prædictis, ratione eorum officii tantum, non autem, uti talibus perſonis, competere, unde fiebat, ut Fratres prædicti non ſine Paupertatis, & Regulæ, quam profitentur, ſuarumque conſcientiarum detrimento, neminem ampliùs reperire poſſent, qui eorum Syndici, ſive Procuratoris munus in ſe ſuſcipere, eumque laborem aſſumere vellet.

§. III. Ideoque pro parte præfati Franciſci Mariæ Procuratoris Generalis dictę Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut non ſolùm auctoritate Apoſtolica confirmaretur dictum privilegium, ſed etiam illud Syndicis, ſive Procuratoribus hujuſmodi, uti talibus perſonis competere declararetur.

§. IV. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium decretum tenoris ſequentis, videlicet: Sacra Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium Negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attenta remiſſione libelli per SS. D. Noſtrum facta, referente Eminentiſs. Norfolch, cenſuit danda eſſe Oratori decreta, aliàs edita, nempè ſuper præmiſſis ſervandam eſſe præfatam Conſtitutionem ſan. mem. Clem. VII. prout præſentis decreti tenore omnino ſervari mandat, & præcipit. Romæ 28. Martii 1686.

Gaſpar Cardinal Carpineus.

B. Panciaticus Secretarius.

§. V. Porrò cum dictus Franciſcus Maria Procurator Generalis prænarrata pariter expoſuiſſet

Con-

Digitized by Google

Congregationi, etiam Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium, ſuper Immunitate Eccleſiaſtica, & controverſiis juriſdictionalibus Deputatorum: hæc Congregatio cenſuit, danda eſſe decreta anteriora, tenoris, qui ſequitur, videlicet: Sacra Congregatio ſuper Immunitate Eccleſiaſtica, & controverſiis juriſdictionalibus, habita ſub hac die Martii 1686. circa expoſita in præſenti ſupplici libello, dixit, danda eſſe decreta, ut infra die 31. Maii 1639. Faven. Provincialis Fratrum Minorum Obſervant. Sancti Franciſci, ſacra &c. cenſuit, reſpondendum Epiſcopo, ut quoad exemptionem Syndici Fratrum Min. Obſer. loci de Cartoceto faciat Bullam Clement. VII. obſervare, ſi in eo concurrant requiſita ejuſdem Bullæ.

§. VI. Die 17. Novembis 1642. Peruſina, Fratres Sancti Franciſci Min. Obſervant. Sacra &c. cenſuit ſervandam eſſe Bullam Clem. VII. circa privilegium fori, & exemptionis Syndicorum, & Procuratorum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia.

§. VII. Die 4. Auguſti 1654. Fanen. Epiſcopus: An Syndicus Fratrum Minor. de Obſerv. Sancti Franciſci gaudere debeat privilegio fori. Sacra &c. cenſuit, hujuſmodi Syndicum gaudere privilegio fori juxta Conſtitutionem Clement. VII.

§. VIII. Die 23. Maii 1645. Romana. Pater Commiſſarius Generalis Curiæ quærit: An Syndici, & Procuratores Apoſtolici Conventuum ſuæ Religionis gaudeant privilegio fori, etiam in cauſis, tam civilibus, quàm criminalibus, & mixtis, motis ante inſtitutionem officiorum, virtute Bullæ Clem. fel. recor. Papæ VII. Sacra Cong. reſpondit. Syndicos Conventuum Ordin. Fratrum Min. de Obſerv. S. Franciſci ex Bulla fel. recor. Clem. VII. gaudere privilegio fori, tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, & mixtis, etiam motis ante eorum deputationem, ſeu inſtitutionem in officium Syndicatus.

§. IX. Die 23. Maii 1645. Recinaten. An Syndicus Monialium Sanctæ Claræ gaudeat privilegio fori, prout gaudent Syndici Fratrum Min. de Obſervantia, Sacra &c. cenſuit, hujuſmodi Syndicum gaudere debere privilegio fori, in quorum fidem &c. Datum Romæ ſub hac die 20. Aprilis 1686.

§. X. Nos autem decreta præinſerta à memoratis Congregationibus Cardinalium reſpectivè emanata, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate earumdem reſpectivè Congregationum Cardinalium.] *Decernentes &c. ſicque in præmiſſis &c. irritum, & inane &c. non obſtantibus &c. Romæ* 19. *Junii* 1686.

Syn-

Digitized by Google

Syndici hujuſmodi non poſſunt compelli ad exercenda munia publica Communitatis, nec conveniri, niſi coram Judice Conſervatore.

Ita reperitur in libro Decreto-
rum Sacræ Congregationis ſuper
4 Immunitate Eccleſiaſtica, & con-
troverſiis juriſdictionalibus ſub die
10. Maii 1669. videlicet: Sacra Congregatio inhærendo declarationibus alias factis cenſuit; Procuratorem, & Syndicum Fratrum Min. de Obſerv. ex Bull. fel. recor. Clem. VII. gaudere privilegio fori, tam in cauſis civilibus, quàm in criminalibus, & mixtis; & inſuper non poſſe compelli ad exercenda munia publica communitatis, neque à quoquam poſſe moleſtari, niſi coram legitimo Conſervatore. Romæ hac die 7. Januarii 1699.

Et ſub die 9. Auguſti 1701. Sac. Conſulta in favorem Syndici Conventus Terræ Fabriani, extracti ad effectum, ut exerceret munus communitatis, reſcripſit: *extrahi alium;* & iterum propoſita cauſa, & inſtante loci Gubernatore, *ſub die 19. ejuſdem menſis, & anni* reſpondit: *in Deceſis.*

Syndici gaudentes privilegio fori, ſunt exempti à Repreſaliis.

SPOLETANA.

Inſtantibus Monialibus Monaſteriorum Santictiſſimæ Trinitatis, S. Pontiani, & S. Catharinæ pro declaratione, Agentes dictorum Monaſteriorum eſſe exemptos à Repreſaliis, Sac. Cong. ſuper Im-
5 munitate Eccleſiaſtica, & contro-
verſiis juriſdictionalibus habita ſub die 14. Jan. 1698. cenſuit, Syndicos tantùm, gaudentes privilegio fori eſſe exemptos à repreſaliis. Romæ hac die 7. Januarii 1699.

Sac. Cong. Boni Regiminis declarat Syndicos Apoſtolicos exemptos à ſolutione Collectarum pro oneribus communitativis, non ſolùm in loco Syndicatus, ſed etiam, ubi eorum bona reperiuntur.

Extra. *All'Illuſtre, e Molto Reverendo Signore, come fratello, il Preſidente di Urbino. Peſaro.* Intus verò. *Illuſtre, e Molto Reve-*
rendo Signore, come fratello. Ogni 6
volta, che à V.S. coſtì, che Lodovico Gabuccini ſtato legitimamente eletto per Syndico Apoſtolico delli Frati Minori Oſſervanti del Convento di S. Maria Nuova di Fano, e che in quella Città non ſi trovi altri, che lui Deputato à tal carica, Ella farà, che al medemo per li beni, che poſſiede in alcuni luoghi di coteſto ſtato, venga fatta buona l'eſentione dal Pagamento delle Collette per li peſi communitativi, eſſendo ſtato altre volte dichiarato dalla

Sagra

Digitized by Google

Sagra Congregatione, che à tali Miniſtri attuali di eſſa Religione compete l'eſentione ſudetta; e Dio la proſperi. Roma 24. *Gennaro* 1699.

Di V.S.

Come Fratello

Il Cardinal Spada.
Franceſco Caffarelli Secr.

Et ſub die 23. Novemb. 1694. prout in Actis Marci Joſeph. Peluſi Cur. Cauſar. Camer. Apoſt. Notar. ac die 23. ejuſdem Menſis, & anni
7 Auditor Innoc. XII. declaravit Syndicos Apoſtolicos Religionis Min. de Obſerv. non eſſe comprehenſos in revocatione literarum Patentium, ſive declarationis Patentatorum, & eſſe tantùm ſubjectos Conſervatoribus dictæ Religionis, & exemptos reſpectivè ab juriſdictione Epiſcopor.

Verùm allegata privilegia, & exemptiones, uni tantùm Syndico pro uno quoque Conventu ſunt
propria, ut ipſæ literæ Clementis, 8
& Innoc. exprimunt; & ſub die 27. Novemb. 1650. firmavit Sac. Cong. Bon. Regiminis.

Ad Syndicos, etiam hoſpitiorum eorundem Fratrum, extendi probatur ex textu Clement.; quia hoſ-
pitia certè ſunt domus Fratrum 9
Min. & ipſe privilegium impertitur uni Syndico Domorum, & Monaſteriorum Fratrum Min. S. Franciſci de Obſerv. nec ibi promiſcuè, & ſynonimè accipit Domum, & Monaſterium; ſed pro diverſis; ad quod facit *Rota dec.* 427. coram Coccino *n.* 10. *tom.* 2. *part.* 5. *Deciſ. Rec. nu.* 10. tradens dictionem, & diverſitatem copulatorum deſignare.

CAPUT XXIII.

Officialis quoad Tertiarios.

SUMMARIUM.

1 *Habitum Tertii Ordinis ſeculares recipiunt à Superioribus Ordinis*, & numero 5.

2 *Jus ipſum conferendi eſt cumulativè apud Obſervantes, & Conventuales cum privativa quoad quoſcumque alios, uſque ad* num. ſequen.

3 *Obſervantes non tenentur conferre habitum materialem, & formalem propriæ Religionis.*

4 *Requiſita, ut mulieres Tertii Ordinis privilegiis Ordinis, cujus habitum deferunt, fruantur.*

5 *Profeſſio ab iis de Tertio Ordine emittitur in manibus illius, qui habet facultatem à Miniſtro Generali.*

6 *Formula profeſſionis.*

Secu-

Digitized by Google

SEculares, qui habitum Tertii Ordinis V. G. S. Franciſci aſſumere intendunt, eum obtinere de-
1 bent à Miniſtris Generalis, ſeù Provincialibus: vel de Obſerv. vel Conventualium, cum privativa ad quoſcumque alios, etiam Ordinarios juxta diſpoſita à Sixto IV. *Conſtit. Romani Pontificis* apud Confect. *de privil. mend.* ubi: [Nec non vobis, & ſucceſſoribus veſtris, pro tempore exiſtentibus, Generali, & Provincialibus Miniſtris, & Vicariis, prænominatis de Obſervantia dicti Ordinis Fr. Min. ac eoſdem Miniſtros FF. & Sorores Tertii Ordinis &c. volenteſque ad
2 ipſum Tertium Ordinem, & illius vivendi modum aggregari, recipiendi, & habitum, ſive mantellum, juxta morem dicti Ordinis, eis exhibendi; ac ipſis Miniſtris, Fratribus, ac Sororibus Tertii Ordinis, Viſitatorem, ſive Confeſſorem dicti Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, vel de Obſervantia nuncupatorum, prout eis plus placuerit, ad id, moribus, vitæ ſanctimonia, & ætate, idoneum &c. aſſignandi, eàdem authoritate licentiam concedimus, & etiam facultatem; Diſtrictius inhibentes locorum Ordinariis, & aliis quibuſcumque perſonis cujuſvis ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, & quacumque authoritate fugantur, ne prætextu quarumlibet literarum, & facultatum, eiſdem forſan conceſſarum, & pro tempore concedendarum, de præmiſſis, quæ ad vos ſpectant, ſe quomodolibet ingerere præſumant; ac decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari; non obſtantibus &c. Romæ Kal. Januarii 1471.]

Quas literas die 28. *Julii* 1657. *conſtit. exponi nobis* confirmavit, mandavitque obſervari Alex. VII. ipſiſque audaciam repreſſit cujuſdam Secularis, vulgò Miniſtri (ſed propriùs Adminiſtratoris) Cong. Tertii Ord. S. Franciſci, erectæ in Conventu Frat. Min. de Obſerv. Mexicanæ Urbis, qui uſurpata poteſtatis plenitudine, & authoritatis independentia, ad habitum, & profeſſionem dicti Tertii Ord. Fr. præſumebat admittere; & eos, qui recognoviſſent, tamquam verum ſpiritualem Superiorem, ejuſdem Cong. Viſitatorem, unum ex Religioſis prætacti Conventus electum ipſo privabat.

Undè nullo fundamento, ſed potius contra Apoſtolicas literas, PP. Conventuales prætendunt, quod Obſervantes jus non habeant illum conferendi, & cingendi cingulo, ſeù corda juxta uſum communem Religionis, & praxim uſq; adhuc obſervatam; contra quos ſimilia prætendentes fuit pronunciatum in Prætorio A. C. coram Petra *in cauſa Sarnen. die* 27. *Martii* 1700. ut in actis Belli Notar.

Et ſub die 12. *Auguſti* 1689. prout in *Regeſt.* 27. *Ciſmont. Curiæ* 3
in una Reatina, contra eoſdem Conventuales firmavit S. Congregatio Epiſc. non poſſe Fratr. de Corpore Obſerv. cogi ad præſtandum, ſive viris, fœminiſve habitum

Digitized by Google

bitum materialem, & formalem propriæ Religionis. Quemadmodum enim Fratres Clauſtrales Tertii Ord. eadem materia, vulgò *Saja*, utuntur, eidem prorſus ſimili in colore, & groſſitie, quam ad ſuas veſtes ipſi Conventuales aptant; ſic Obſervantes illis de Tertio Ordine præſtare poterunt habitum, & cordam, in materia, colore, & groſſitie, eis reſpectivè conſimilem, quem, & quam Conventuales geſtant. Semper tamen abſtinendum eſt à collocatione eorum, etiam quoad formam, ſimilium; nàm tunc ſanè eſſet contra eos juris remediis procedendum.

Mulieres ipſum Tertii Ord. habitum geſtantes, privilegiis Ordinis, cujus habitum aſſumunt, non gaudebunt, niſi à Superioribus
4 recipiant, & obſervatis adjectis §. 2. & 6. ſequentis decreti: quod ſub die 20. Decembris 1616. apud Peyrin. *ad conſt.* 4. Sixti IV. emanavit à S. Cong. Epiſ.

[Ad tollendas omnes contentiones inter Epiſcopos, & Superiores Regulares ſuper immunitate, & exemptione Tertiariarum, quæ in domibus privatis degunt, vulgò *Bizzoche*, ſeù alio quovis nomine nuncupatarum: in primis, & ante omnia, in memoriam revocat ea, quæ Sacr. Congr. Conc. in eadem ſen tentia reſpondit, videlicet.

§. I. Sac. Congr. Conc. ſepiùs reſpondit, minimè poſſe Sacerdotes Regulares mulieres Tertii Ordinis, quas de pœnitentia, vel Bizzochas vocant, Confeſſiones Sacramentales audire, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad Confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, quemadmodum, nec poſſe illis Sacroſanctum Euchariſtię Sacramentum adminiſtrare in die Paſchatis Reſurrectionis Sanctiſs. Domini Noſtri Jeſu Chriſti.

§. II. Verùm, quo ad ſepulturam, atque alia privilegia, Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigeatos, alioſque ſimiles, ita demum Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt, privilegiis potiri, & ab Ordinarii juriſdictione exemptos eſſe, ſi viri colligialiter vivant, aut cum Clauſtralibus habitent, mulieres virginalem, ſeù cælibem, aut caſtam vidualem, expreſſo voto, & ſub habitu, vitam traduxerint, quemadmodum cavetur Conſt. Conc. Later. ſub Leone X. quæ habetur ſeſs. 21. in fine.

§. III. Hoc autem voto Mulierum alia duo, ſcilicet, paupertatis, & Obedientiæ, nequaquam includi, quinimo hujuſmodi mulieres, ſi virginalem, aut cælibem ſimpliciter, & expreſsè vitam voverint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſim habitantes, ſupradictis privilegiis Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarii juriſdictione frui debere, ut idem Leo poſtea declaravit Conſtit. edita die 1. Martii 1518.

§. IV. An autem prædictæ qualitates in hujuſmodi Tertiariis concurrant, Ordinarii loci eſt judicium.

§. V. Propterea, ſi contingat ali-

Digitized by Google

aliquas ex prædictis Tertiariis ſine ſepulturæ electione decedere, eas ſic decedentes, ita demum in Eccleſiis Ordinis, cujus habitum aſſumpſerunt, ſi in ipſis earum communis ſepultura reperiatur; ſin minus, in Eccleſiis Parochialibus ſepeliendas eſſe decernit.

§. VI. Superioribus autem Regularibus, ſufficienti facultate ad id à Sancta Sede Apoſtolica ſuffultis (Capuccinis exceptis,) liberè Mulieres ad hujuſmodi habitum recipere, atque ad ipſos veſtiendi eas officium pertinere; non autem ad habitum admittendas, & recipiendas eſſe, niſi probitate vitæ, ac bonis moribus præditas, ac in ætate, ſaltem quadraginta annorum conſtitutas, quæ de proprio habeant, unde ſufficienter vivere poſſint, & non cum aliis viris, quàm cum conſanguineis, vel affinibus, in primo tantùm gradu ſibi conjunctis, cohabitent, & ab Ordinario loci, licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prædictis, prævio examine diligenti, ſibi conſtiterit.

§. VII. Verùm in hujuſmodi habitu concedendo, & reſpectivè deferendo, omninò à velo ſupra caput, quod ſupriectum vocant, & à pectorali, quod vulgò dicitur *Sottogola*, & à patientia, abſtinendum eſſe; quinimò eas, quæ ſupradicta tria, vel aliquod ipſorum, deferre comprehenſæ fuerint, illa dimittere, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas ab Ordinariis locorum compellendas eſſe decernit.

§. VIII. Supradictis verò decretis mulieres Tertii Ordinis, quæ collegialiter vivunt non comprehendi, quinimò eas diſpoſitioni Conſtitutionis Pii V. editæ Romæ anno 1596. 4. Kal. Julii, quæ incipit Circa Paſtoralis &c. penitus ſubjacere expreſsè declarat, non obſtantibus &c.]

Profeſſionem ii de Tertio Ord. Sancti Franciſci emittunt in manibus electi, vel deputati per Miniſtrum Generalem, prout in terminis habetur in Conſtitutione *Ad fructus* Pauli Tertii *Directorium trium Ordinum*, continente ſtatuta ſpecificè edita, pro Tertiariis proprias domos inhabitantibus, ubi *c.* 2. [Fratres, & Sorores, poſtquam per unum integrum annum, habi- 5
tum probationis detulerint, ſi converſatio laudabilis fuerit, per habentem facultatem Miniſtri Generalis, recipiendi ad hunc tertium ſtatum, ſolummodò, & non per alios, ad Profeſſionem recipiantur.] Et noviſſimè obſervavit P. Petrus de Almandrelio *Eſcudo Seraphico art.* 7.

Formula Profeſſionis à Conſodalibus in manibus Prælati, ſeù Viſitatori facienda.

Io Frà N. prometto à Dio Onnipotente, & alla Beata Maria ſempre Vergine, al Beato S. Franceſco, & à tutti i Santi del Cielo; & à voi Padre d'oſſervare tutto il tempo di mia vità la Regola de Frati di Penitenza, inſtituita dal Padre S. Franceſco, e per Papa Nicolò 6
IV. confermata: & i comandamenti di Dio, e ſodisfare, come conviene, per le traſgreſſioni, che com-

metterò contro queſto modo di vivere, ogni volta, che ſarò dimandato dal mio Viſitatore.

Tunc Prælatus ad profeſſionem recipiens: *Et io, ſe queſto oſſerverai, da parte di Dio ti prometto la vita eterna.*

Ubi ponderetur, quod illud *prometto*, idem ſit ac propono, prout apud DD. fuſiùs.

CAPUT XXIV.

Officialis quoad viſitat. Ordinarii reſpectu Regularium.

SUMMARIUM.

1 *Jus viſitandi ſpectat ad juriſdictionem.*

2 *Regulares in iis, quæ reſpiciunt curam animarum, ſubiiciuntur viſitationi Epiſcopi.*

3 *Altaria, & Capellas Confraternitatum, exiſtentium in Eccleſiis Regularium, Ordinarii viſitant; & quando, & in quibus?*

4 *Non viſitant Monaſteria, ſub prætextu, quod Superiores admoniti, ea non viſitarint.*

5 *Religioſi, & bona Monaſterii commendati gaudent Privilegiis ſui Ordinis.*

6 *Quando Conventus, numquam ſuppreſſi, non ſubſint viſitationi Epiſcopi?*

7 *Dubia ſuper ſubjectione nonnullorum Conventuum juriſdictioni Ordinarii.*

8 *Alia circa ejuſdem juriſdictionem in Grangias Monaſteriorum &c.*

9 *Et quædam ſuper juriſdictione ſuper parvis Conventibus.*

10 *Regulares debent Epiſcopis venerationem.*

11 *Epiſcopi jura Regularium ſervant, eoſque charitativè tractant.*

1 JUs viſitandi ad juriſdictionem pertinet ex Piaſeco *prax. par.* 2. *capit.* 3. *artic.* 1. *numer. primo cap. conquerente de Offic. Jud. Ordin. lib. primo tit.* 31. Et quamquam olim Regulares ſubeſſent pleniſſimè juriſdictionis Ordinariorum, ut per ipſum allata jura probant; hodie tamen, ut quoque advertit Panimolla *deciſion.* 84. *adnotat. prima, numero* 2. ſunt ab eorumdem iuriſdictione exempti, & ſubſunt Papæ, qui eſt eorum Diœceſanus, & Judex ordinarius, ut notat Gloſs. *ad cap. auctoritatis in ver. Sedis Apoſtoli-*

Digitized by Google

ſtolicæ: & ad cap. nulla diſt. 93. *in verb. nulla*, doctrinaliter firmat exemptos non eſſe Acephalos; ideò Epiſcopi in eos, vel nil, vel tantum poſſunt, quantum eis à Sede Apoſtolica permittitur, & conceditur.

Qui proindè eorum Eccleſias, & Altaria, prout notavimus *C. O. quoad exempt. nu.* 18. *tom.* 1. nequeunt
2 viſitare: ibi plura videantur, & hic transferantur, & ponderetur Trid. *cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *de regul.* Epiſcopis ſubjiciens perſonas regulares in iis, quæ ad animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, prout ibi expreſsè, cujus diſpoſitio ampliatur à Barboſ. *ad alleg. cap. num.* 15. & Panimolla *deciſ.* 84. *adnot.* 1. *num.* 20. ad dependentia, & ad ipſam curam ordinata, quæ facultas non eſt in Ordinariis privativè, quoad Superiores Regulares, ſed cumulativè ad eam, quæ iſtis competit. Barboſ. *ibidem num.* 25. Panimoll. *num.* 21. Altaria & Capellas Confraternitatum exiſtentium in Eccleſiis Regularium, viſitare Ordinarii poſſunt, tantummodò in iis, quæ reſpiciunt admini-
3 ſtrationem, & in ordine ad ornatum, & eorumdem ſupellectilem: in quo ſenſu ſpectant ad Confratres, & non ad Regulares, Barb. *ad cap.* 8. *ſeſſ.* 22. *de ref. vide C. O. quoad Confrater. num.* 6. 7. *tom.* 1.

Ab Ordinariorum viſitatione ſunt exemptæ Religioſorum Domus, & Monaſteria per diſpoſita in S. Cong. Conc. die 20. Febr. 1616. ex Piaſec. *cit. art. num.* 32. ut infra.

[Sac. Cong. Card. Conc. Trid. interpretum cenſuit, non licere Ordinariis locorum Monaſteria Regularium eo prætextu viſitare; & corrigere, quod illorum Superiores admoniti intra ſex menſes, illa non 4
viſitaverint, vel correxerint, niſi eadem Monaſteria, vel ſub commenda exiſtant ex Decreto *cap.* 8. *ſeſſ.* 21. vel ſuorum Ordinum capitibus non ſubſint, ac ſe ſe in Congregationes redigere neglexerint *juxta cap.* 8. *ſeſſ.* 25. *de Regul.*]

Et apud eumdem *ibid. à num* 31. S. C. Epiſc. declaravit Regulares, & Bona Monaſterii commendati gaudere privilegiis ſui Ordinis, ut ſequitur.

[Monachi Abbatiæ Claræ Tumbæ Ord. Ciſtercien. in quo viget Regularis Obſervantia, petunt declarari, an ipſimet Religioſi, nec non bona, & ſubditi ejuſdem Monaſterii debeant gaudere ſuis privilegiis ſui Ordinis, non obſtante, 5
quod modernus dicti Monaſterii Abbas non ſit Religioſus, ſed perpetuus Commendatarius: Sac. Congreg. Card. negotiis Regularium præpoſita, cenſuit gaudere. Romæ 26. Martii 1627.]

Conventus nunquam ſuppreſſi, in quibus actu degunt de familia plures, quàm ſex Religioſi, non comprehenduntur in Decreto Innoc. X. *ut in parvis*, ut infra.

[Sacra Congregatio ſuper ſtatu Regularium cenſuit, Conventus numquam ſuppreſſos, in quibus actu degunt de familia plures, quàm ſex Religioſi, minimè comprehendi in Decreto ſanctæ mem. Innocen-

Digitized by Google

tii X. quod incipit, *ut in parvis*, ac
6 proindè locorum Ordinarios, nequaquam poſſe in vim dicti Decreti in hujuſmodi Conventibus, aut illorum perſonis, ullam ſibi juriſdictionem vindicare. Dat. Romæ diæ 29. Novemb. 1657.] *in regeſto ejuſdem Congreg. fol.* 325. Panimol. *deciſ.* 84. *adnot.* 2. *num.* 62. Et quia occaſione *alleg.* Decreti, *ut in parvis* plures controverſiæ oriebantur, ad eas ſedandas, fuerunt. S. C. infraſcripta dubia propoſita, ut ſequitur.

[Poſito Decreto fel. rec. Innocentii Papæ Decimi ſuper ſubjectione nonnullorum Conventuum correctioni, viſitationi, & omnimodæ juriſdictioni Ordinarii loci, tan-
7 quam Sedis Apoſtolicæ Delegati: contigit dubitari de infraſcriptis:

1. An Epiſcopus in Conventibus ſuæ juriſdictioni ſubjectis poſſit Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam conſtituere?

2. An poſſit Epiſcopus à prædictis Conventibus Religioſos amovere?

3. An Regulares eorumdem Conventuum compelli poſſit ab Epiſcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes adminiſtrationis?

4. An Epiſcopus in eiſdem Conventibus ſe ingerere poſſint in his, quæ Regularem diſciplinam concernunt?

5. An Eccleſiæ dictorum Conventuum, & Capellæ Grangiarum, in quibus degunt Converſi pro agrorum cultura, ab Epiſcopo viſitari poſſint.

6. An ipſæ Grangiæ, & Converſi in eis degentes ſubſint viſitationi Epiſcopi?

7. An Eccleſiæ, ſeù Capellæ Grangiarum, in quibus nullus degit Converſus, ſimiliter ſubſint Epiſcopi viſitationi?

8. An liceat Epiſcopo viſitare Conventus; tam ſuppreſſos, & poſtea reſtitutos, quàm non ſuppreſſos, ad effectum cognoſcendi, an in illis re ipſa alantur ſex Religioſi?

9. An Epiſcopus viſitans hujuſmodi Conventus ſuæ juriſdictioni ſuppoſitos, aut perſonas in eis degentes, poſſit à viſitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia?

10. An juriſdictio Ordinariis locorum, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis, attributa in ſupradicto Decreto, competat Vicariis Generalibus Epiſcoporum, necnon Abbatibus, & aliis inferioribus Prælatis proprium Territorium, ac juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, habentibus?

11. An Provinciales, & alii Superiores Regulares poſſint ejuſmodi Conventus, juriſdictioni Ordinarii ſubjectos, & Religioſos in illis degentes viſitare, corrigere, & punire, omnemque juriſdictionem in eos exercere, ſicut poterant ante dictum Decretum?

12. Si Superior Regularis in cauſa prævenerit contra ſubditum degentem in aliquo ex eiſdem Conventibus, Ordinario ſubjectis, fabricando proceſſum, vel eum carceri mancipando, an Epiſcopus poſ-

ſit

Digitized by Google

ſit hujuſmodi cauſam reaſſumere, ac Superiori inhibere?

13. Si è converſo Epiſcopus prævenerit in cauſa contra Religioſum in tali Conventu commorantem, an Superiori Regulari eo caſu liceat illum amovere, & in alio Conventu collocare; & ſi de facto collocaverit, an nihilominus Epiſcopus poſſit cauſam proſequi, ac Religioſum, ſic amotum revocare ad primum Conventum?

14. Si Provincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratribus à tali Conventu removere, an Epiſcopus prohibere poſſit?

15. Si à Conventu primùm ſuppreſſo, ac deinde Religioni reſtituto, abſint ex aliqua rationabili cauſa, & ad breve tempus, unus, vel plures, ex numero ſex Religioſorum ibi degentium, an gratia reſtitutionis ſit nulla, & Conventus remaneat, ſuppreſſus, ut prius?

16. Quid, ſi à Conventu non ſuppreſſo ſimiliter ex cauſa rationabili, & ad modicum tempus abſit aliquis è ſex Religioſis ibi exiſtentibus, an durante tali abſentia, Conventus ſubjaceat juriſdictioni Ordinarii?

17. An Religioſo illo redeunte, vel aliàs impleto numero ſex Religioſorum, Conventus recuperet priſtinam exemptionem?

18. Si gratia reſtitutionis Conventus ſuppreſſi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam Decreti cum effectu non alantur ſex Religioſi, & poſtea contingat, ut ejuſmodi numerus impleatur, an gratia reſtitutionis Conventus reviviſcait?

19. Ad hoc, ut gratia reſtitutionis ſit nulla, & Conventus denuo remaneat ſuppreſſus, propterea quod in eo non ſuſtententur ſex Religioſi, an debeat præcedere declaratoria Epiſcopi ſuper facto, prævia cauſæ cognitione?

20. An ab hujuſmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apoſtol. appellare ad effectum, tam devolutivum, quàm ſuſpenſivum?

21. Cum ex Decreti præſcripto quatuor Sacerdotes in his Conventibus degentes debeant eſſe maturæ ætatis, quænam dicatur ad hunc effectum ætas matura?

Sacra Congregatio ſuper ſtatu Regularium ad ſingula dubia ſuperius propoſita, hunc in modum reſpondit videlicet.

Ad 1. Non poſſe.

Ad 2. Poſſe ex rationabili cauſa: commonito tamen prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, ut eoſdem Religioſos aſſignet in aliis Conventibus.

Ad 3. Poſſe compelli.

Ad 4. Poſſe.

Ad 5. Poſſe.

Ad 6. Subeſſe.

Ad 7. Itidem ſubeſſe.

Ad 8. Minimè licere, antequam aliundè conſtet de fundamento intentionis Epiſcopi in deficentia numeri conſtituto.

Ad 9. Expedire, ut Sanctiſſi-

Digitized by Google

mus Dominus Noſter decernat, & declaret non licere Epiſcopo tales Conventus viſitanti quidquam accipere procurationis nomine.

Ad 10. Competere.

Ad 11. Poſſe, ſicut prius, non tamen privativè ad Epiſcopum.

Ad 12. Non poſſe, niſi ex juſta cauſa, veluti cum videt Superiorem Regularem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia ſeveritate, vel indulgentia quid durius, aut remiſſius conſtituere, quàm cauſa depoſcit, in quo ipſius Epiſcopi conſcientia oneratur.

Ad 13. Non licere Superiori Regulari Religioſum ab Epiſcopo inquiſitum à loco amovere, & ſi amotus fuerit, poſſe Epiſcopum cauſam proſequi, & illum quibuſcumque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, & brachio ſeculari, ſi opus fuerit, cujuſcumque loci, in quo Religioſus ille reperiatur.

Ad 14. Non poſſe.

Ad 15. Gratiam ob id non eſſe nullam, ceſſante omni fraude, nec Conventum remanere ſuppreſſum.

Ad 16. Subjacere, durante abſentia.

Ad 17. Recuperare.

Ad 18. Non reviviſcere.

Ad 19. Debere ita præcedere, nec ante declaratoriam licere Epiſcopo Conventus poſſeſſionem apprehendere, aut Religioſos indè expellere.

Ad 20. Licere, ad effectum devolutivum tantùm, non autem ſuſpenſivum.

Ad 21. Ætatem maturam dici ad hunc effectum, completo anno quadrageſimo.

Declarationes ſupraſcriptas Sanctiſſimus Dominus Noſter ad ſe relatas approbavit, & ab omnibus, ad quos pertinet, obſervari præcipit, contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Datum Romæ die 27. Julii 1655.

Quibus deindè acceſſerunt alia dubia, & declarationes, circa Juriſdictionem Ordinarii in Grangiis Monaſteriorum, illarumque Eccleſiis, & publicis Oratoriis, prout infra.

Poſita Conſtitutione fel. rec. Innocentii X., quæ incipit. *Inſtaurandæ* 8
, necnon illius Decreto incipien. *Ut inparvis*, contigit dubitari de infraſcriptis.

I. An Grangiæ ex dicta Conſtitutione Innocentii ſuppreſſæ, & ad ſtatum Sæcularem reductæ, illarumque Eccleſiæ, & publica Oratoria poſſint ab Ordinario viſitari?

II. Et quatenus poſſint: an hoc jus Ordinario competat privativè quoad Superiores Regulares, an verò cumulativè cum ipſis?

III. Et quid, ſi prædictis Eccleſiis Cura animarum incumbat?

IV. An Superiores Regulares poſſint in dictis Eccleſiis curam animarum habentibus nominare Vicarios ad curam animarum exercendam, eoſque ad nutum amovere?

V. An Grangiæ, ſeù membra alicujus Monaſterii, nunquam ſuppreſſa, in quibus non degunt, ſaltem ſex Religioſi, ſubſint Juriſdictioni, ac Viſitationi Ordinari loci priva-

privativè, an cumulativè cum Superioribus Regularibus.

Die 11. Septembris 1670. Sacra Cong. ſnper ſtatu Regularium ad ſingula dubia, ſuperius propoſita, in hunc modum reſpondit, videlicet.

Ad primum, Grangias, ut præfertur, ſuppreſſas, & ad ſtatum Sæcularem reductas, illarumque Eccleſias, & Publica Oratoria poſſe ab Ordinario viſitari, dummodo in iis Grangiis, quarum proprietas fuit reſervata, vel reſtituta principalibus Monaſteriis, idem Ordinarius nullo modo ſe ingerat in temporalibus.

Ad ſecundum, Quo ad Eccleſias, & Oratoria Publica jus viſitandi competere Ordinario privativè; quoad Converſos autem in eis degentes cumulativè, Ordinario ſcilicet, jure delegato, ad formam S. Concilii Tridentini, Regularibus verò, jure ordinario.

Ad tertium, Itidem quoad Eccleſias dictarum Grangiarum curam animarum habentes, jus viſitandi Ordinario competere privative: ſed quoad Converſos in eis degentes hoc jus competere cumulativè, nempe Ordinario, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, Regularibus verò auctoritate ordin.

Ad quartum, Superiores Regulares poſſe hujuſmodi Vicarios nominare, & illos ad nutum amovere, ſi Ordinarius loci ab initio illos deputaverit amovibiles.

Ad quintum, Grangias, ſeù Membra alicujus Monaſterii, nunquam ſuppreſſa, in quibus non degunt, ſaltem ſex Religioſi, ſubeſſe juriſdictioni, ac Viſitationi Ordinarii loci, ac Superiorum Regularium cumulativè, videlicet Ordinario, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegato ex prædicto Decreto. *Ut in parvis*, Regularibus autem Jure ordinario.

Et tandem circa juriſdictionem Epiſcopi in parvis Conventibus ſequentes attendantur diſpoſitiones.

Epiſcopus viſitavit Conventum ſuæ juriſdictioni ſubiectum in vim
Decreti fel. recor. Innocentii X. in- 9
cipien., *Ut in parvis*, proptereà quòd tunc temporis ibi non erant de familia, nec re ipſa alebantur ſex Religioſi; Sed poſt abſolutam viſitationem ſine ulla fraude, à Superioribus Regularibus in eodem Conventu adaucta eſt familia, & impletus ſex numerus Religioſorum, ſicque Conventus exemptionem recuperavit juxta declarationes Sac. Congregationis ſuper ſtatu Regularium, nempè decimam ſextam, & decimam ſeptimam inter impreſſas.

Hoc poſito, conſulitur S. Congregatio de infraſcriptis.

Primò. An poſt exemptionem, ut præfertur, recuperatam, Epiſcopus poſſit hujuſmodi Conventum viſitare ad effectum, ut videat, an ordinationes, & decreta ab ipſo edita in viſitatione præcedenti, fuerint adimpleta, nec ne?

II. Anue poſſit decreta non adimpleta exequi, & pro illorum executione pœnas adiicere, & aggravare?

III. Et quatenus poſſit, hæc facultas, quæ ex dicto Decreto, *ut in parvis*, competit Epiſcopo, tanqnam

qnam

Digitized by Google

quam Sedis Apoſtolicæ delegato, expiret, lapſo integro anno à die publicationis decretorum?

IV. An Epiſcopus poſt exemptionem à Conventu recuperatam poſſit condemnare, & punire, etiam pœna corporis afflictiva, Religioſum, qui pro delicto in Curia Epiſcopali fuerat inquiſitus, & carceri mancipatus eo tempore, quo Conventus erat juriſdictioni Epiſcopi ſubjectus?

Die 19. Novembris 1671. Sac. Congregatio ſuper ſtatu Regularium, ad ſingula dubia ſuperiùs propoſita reſpondit, ut ſequitur, videlicet.

Ad primum. Poſtea quam Conventus exemptionem recuperavit, Epiſcopum nequaquam poſſe illum viſitare, etiam ad effectum, ut videat an decreta edita in præcedenti viſitatione fuerint executioni mandata.

Ad ſecundum. Itidem non poſſe poſt hujuſmodi exemptionem, decreta non adimpleta exequi, minuſque pœnas adiicere, & aggravare pro illorum executione.

Ad tertium. Juriſdictionem ex dicto Decreto, *ut in parvis*, Epiſcopo attributam in Conventu non habente Religioſorum numerum, ibi præſcriptum, expirare eo ipſo, quòd Conventus ob familiam ſine fraude adauctam, & impletum numerum Religioſorum præfixum, exemptionem recuperavit.

Ad quartum. Cum contra dictum Religioſum non ſolùm cauſa, ſed etiam perſona ſit præventa, eo tempore, quo Conventus erat ſubjectus juriſdictioni Epiſcopi, & exemptio ſuperveniens non invenerit eum liberum, utique Epiſcopum, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatum, poſſe hujuſmodi cauſam tempore habili inchoatam proſequi, etiam poſt exemptionem, & eumdem Religioſum condemnare, & punire etiam pœna corpori, afflictiva.

Tandem noverint Regulares ſibi eſſe à Leone X. *Conſt. Dum in-* 10
tra impoſitum præceptum: *ut congruo honore, & debita reverentia DD. Epiſcopos, loco Sanctorum Apoſtolorum ſubrogatos, venerentur*. Ipſiſque Ordinariis exhibeo textum Clementinæ *Frequens de exceſſibus Prælatorum*, in quo Con. Viennenſ. eis committit: ut
Religioſos Charitativè tractent; 11
& faveant, & ſua jura, & privilegia inviolabiliter ſervent.

Et en finis: utinam in lectoris fructum, cui Cæleſtem precor felicitatem.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERUM

Utriuſque Tomi.

Primus numerus Tomum, ſecundus marginalem, tertius paginam demonſtrat.

A

Abbas.

NOn poteſt benedicere ea, in quibus requiritur Sacra Unctio. Tom. 1. num. 10. 11. pag. 84.

Abbatiſſa.

Abbatiſſa eligitur per vota ſecreta. 1. 1. 1.
Abbatiſſæ electio facta per vota non ſecreta per ignorantiam non valet. ibid. 6. 2.
Eligenda non debet eſſe minor annis quadraginta. ibid 3.
Si non ſit quadragenaria eligitur trigenaria. ibid. 8.
Electio fit extra Clauſuram. ibid. 9. 3.
Abbatiſſæ electio canonica cenſetur, ſi ſit à majori parte Capituli. ibid. 10. 3. & 27. 7.
Supra medietatem ſufficit quilibet exceſſus. ibid. 11. 3.
Abbatiſſa triennium non excedit. ibid. 12. 4.
Superiores carent voto in electione Abbatiſſarum. ibidem 13. 4.
Cùm Prælato electioni aſſiſtit Ordinarius per ſe, vel per alium. ibid. 14. & 15. 4. & 5.
Dies electionis ſignificatur Ordinario. ibid. 14. 4.
Ordinarius poteſt Regulares punire, ſi ad electionem procedant ante tempus ſignificatum. ibid.
Cum Ordinario, vel Vicario Generali non aſſiſtit Notarius Epiſcopi. ibid. 15. 5.
Facta ſine aſſiſtentia Vicarii, & Notarii valet. ibidem.
Ordinarius non exquirit, nec recipit vota Monialium. ibid. 16.
Non poteſt Moniales ante electionem interrogare. ibid.
Ordinarius non notat ſuffragia. ibid. 17. 6.
Neque ſpectat ad Vicarium, vel ad Cancellarium. ibid.
Ordinarius non confirmat Abbatiſſas exemptas. ibid. 18.
Confirmantur à Superiore Regulari. ibid. 19.
Ordinarius non publicat electionem. ibid.
In confirmationibus annualibus ſervatur ſolidum. ibidem 20.
Illegitima eſt inegibilis. ibid. 21.
Et tertia ſoror gemana. ibid. p. 7.
In caſu, quo duæ ſint in votis æquales fit nova electio. ibid. 24. 7.
Abbatiſſa abſoluto triennio poteſt ad breve tempus regere Monaſterium, titulo Præſidentis. ibid. 25.
Converſæ votum non habent. ibidem 26.
In aliis requiruntur ad minus duo anni poſt profeſs. ibid.

Abſolutio.

Vide Summ. to 1. p. 8. 11. 22.
Abſolutus in mortis articulo, ſi periculum evadat debet ſe præſentare coram Superiore. ibid. 12. 11. & n. 23. 17.
Nullus Regularis ſive intra, ſive extra Italiam, poteſt abſolvere caſibus Bullæ Cœnæ, & Epiſcopo reſervatis. ibidem. 5. 26.
Regularis approbatus poteſt abſolvere ab excommunicatione majori, nulli

Digitized by Google

li reſervata, & ab homine non lata. ibid. 28. 19.
Abſolutio non prodeſt pro foro externo. ibid. 29.
Abſolvens à caſibus, Papæ, vel Epiſcopis reſervatis, excommunicatur excommunicatione Papæ reſervata. ibidem. 3. 24.

Adminiſtratio.

Eſt jus gubernandi, & diſtribuendi juxta conditiones limitatas. ibid. 13. 195.

Alienatio.

Regulares non poſſunt alienare Capellas. ibid. 16. 105. & n. 28. p. 201.
Nec immobillia, vel mobilia pretioſa ſine licentia Sacræ Congreg. t. 2. 1. 149.
Limitatur in rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt. ibid. 3. 150.
Fratres Min., & Capuccini excipiuntur, ibid. 4.
Qui non poſſunt in pignus dare vaſa pretioſa, nec alienare picturas, &c. ibid. 5.

Allocutio.

Vide Summ. tom. 1. p. 43.
Superior, Viſitator, & Confeſſarius non egent licentia. ibid. 5. 44.
Materia allocutionis eſt gravis. ibid. 10. 45.
Licentia alloquendi conceditur ab Ordinario, vel Superiores Regulari. ibid. 18. 48 & nu. 27. 144.
Ubi eſt conſuetudo, quod à ſolo Ordinario concedatur, ſervetur. ibidem. 18. 49.
Superior non poteſt alterare licentiam datam ab Ordinario. ibid. 21. 49.
Etiam Abbatiſſæ ſine licentia non poteſt loqui, ibid. 31. 32. 52.
Ad Monaſteria eſt interdictus acceſſus ad effectum inſtruendi in cantu Moniales ibid. 28. 50.

Altare.

Vide Summ. tom. 1. p. 52.
Privilegium celebrandi in Altari portatili eſt revocatum. ibidem. 48. 135.

Annus.

Novitiatus debet eſſe completus de momento in momentum ſecundum curſum Solarem. tom. 2. n. 4. 123.
In Anno Biſſextili duo dies pro unica computantur. ibid. 5.

Apoſtata.

Vide Summ. tom. 1. p. 58.
Apoſtata ipſo facto excommunicatur, ibid. 36. 68.
Non eſt Apoſtata Religioſus injuſtè, & notabiliter gravatus, ſi ad Generalem recta via accedat. ibid. 12. 62.

Appellatio.

Vide plura v. Apoſtata. tom. 1. p. 58.
Appellatio eſt data in præſidium innocentiæ. ibid. 13. 63.
A decreto de tortura admittitur appellatio. ibid. 22. 64.
Appellare ad Tribunalia Secularia prohibetur Regularibus ſub excommunicatione S. Sedi reſervata. ibidem. 34. 67.
Non licet appellare à qualibet interlocutoria. ibid. 22. 64.
Appellatio non poteſt impedire declarationem excommun. jam incurſæ. to. 2. nu. 68. p. 51.
A declaratoria excommunicationis non datur appellatio quoad ſuſpenſivum. ibid. 69.
Cautela obſervanda ab appellante. ibidem. 70. 52.

Approbatio.

Vide Summ. tom. 1. p. 72.
Eſt autentica declaratio perſonam eſſe dignam, cui poſſit conferri juriſdictio ad confeſſiones audiendas. ibid. 1. 8.
Approbatus in una Diœceſi poteſt abſolvere à caſibus reſervatis in alia Diœceſi. ibid. 2.
Non verò ab excommunicat. in alia Diœceſi reſervata. ibid. 4. p. 9.
Approbatus non abſolvit à caſibus Epiſcopis reſervatis. ibid. 5.

Sa-

Digitized by Google

Sacerdos non approbatus non poteſt abſolvere à venialibus. ibidem. 33. 20. & num. 23. 79.

Apoſtoli teſtimoniales.

Sunt literæ teſtificantes de interpoſita appellatione. ibid. 23. 64.

B

Benedictio.

Vide Summ. tom. 1. pag. 83.

FRat. Minor. benedicunt ornamenta pro uſu ſuarum Eccleſiar. tantùm ibid. 2. 84.

Etiam pro uſu Eccleſiarum Monialium exiſtentium ſub ipſorum regimine, ibid.

Regulares poſſunt benedicere ova, ibidem 18. 87.

Regulares recipiunt mulieres ad purificationem poſt partum. ibid. ad 9.

Aqua benedicitur à Sacerdotibus 2. 9. 153.

Birruarii.

Sunt vulpes aſtutiſſimæ. 2. 58. 48.

Bona.

Vide Summ. tom. 1. pag. 87.

Bona alia ſunt realia, quædam perſonalia, quædam mixta, ibid. 23. 93.

Bulla Cœnæ.

Vide Summ. tom. 1. pag. 22.

Prælati Regulares non poſſunt ſuos Subditos abſolvere à caſibus Bullæ Cœnæ, ibid. 17. & ſeq. pag. 29.

Bulla Cœnæ revocat omnia privilegia. ibid.

Bulla Cœnæ derogat Decret. Trident. *cap.* 6. *ſeſs.* 24. ibid. 32. 32.

Bulla Cœnæ, omnem conſuetudinem abrogat. ibidem. 41. 97. & tom. 2. 52. 45.

C

Campana.

REgulares non poſſunt impediri, quin pulſent campanas, priuſquam pulſet illa Parochialis Eccleſiæ. 1. 2. 108.

Die Sabbati majoris Hebdomadæ non poſſunt Regulares pulſare campanas, priuſquam pulſaverint campanæ Eccleſiæ Matricis. 2. 1. §. 12. pag. 132.

Capella.

Vide Summ. tom. 1. pag 101.

Patronus Capellæ, vel Altaris tenetur providere de paramentis, ibid. nu. 3. 4. p. 102. n. 8. p. 163.

Pro conceſſione Capellæ, vel Sepulturæ nil exigi poteſt. ibid. 17. 105.

Debent concedi de conſenſu, & conſilio Capituli. ibid. 20.

Caſtratus.

Caſtratio, etiam cauſa continentiæ, infert irregularitatem. 2. 65. 107.

Caſus reſervati.

Caſus reſervare, eſt juriſdictionem inferiorum Sacerdotum reſtringere. 1. 1. 8.

Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum pœnitentium non ſubduntur reſervationi Epiſcopali. ibid. 23. 30.

Actus reſervationis eſt localis. ibidem. 2. 8.

In articulo mortis nulla eſt reſervatio. ibid. 10. 10.

Cenſura.

Regulares ſervant, & publicant cenſuras latas per Epiſcopos. tom. 2. 16. 84., & n. 1. §. 13. 132.

Citatio.

Regulares citati ab Epiſcopo ob decentiam debent comparere. 1. 20. 262.

For-

Digitized by Google

Formula citandi violatores immunitat. Eccleſiaſt. 2. 62. 49.
Citatio eſt facienda perſonaliter, niſi excommunicandus, vel declarandus excommunicatus, domi lateat. ibid.

Citatio.

Ad electionem ſunt citandi abſentes. 2. 144.
Citatio eſt principium ordinis judiciarii. 2. 85. 112.

Clauſula.

Dummodò in ea *ſeptem Miſſæ* innuit, ut ſoleant celebrari. 1. 2. 53.
Ad *ſeptennium* exprimit terminum conceſſionis. ibid. 4.
Clauſula *ſublata* claudit os parti. 1. 12. 141.

Clauſura.

Vide Summ. tom. 1. pag. 137.
Acceſſus ad collocutoria eſt de pertinentibus ad clauſuram ibid 22. 49.
Ad celebrandam Miſſam non licet ingredi Clauſuram. ibid. 39. 148.
Per Clauſuram illud ſpatium intelligitur, quod continetur infra Januam Monaſterii. ibid. 43. 149.
Tectum continetur ſub Clauſura. ibidem. 45. 150.

Collecta.

Collecta diſtat ab onere mere reali. 1. 32. 94.
Laici non imponunt collectas Eccleſiaſticis. ibid. 35. 95.
Bona donata cum pacto, ut collectæ ſolvantur, ſolvuntur. ibid. 36.
Bona patrimonialia Clericorum ſunt immunia à Collectis. ibid 38. 96.
Syndici Frat. Min. ſunt exempti à Collectis, quoad bona. ibid. 53. 100.
Etiam quoad bona exiſtentia extra locum Syndicatus. ibid. 54. 101.

Coloni.

Eccleſiaſticorum Coloni à Laicis gravari non poſſunt. 1. 43. 97. & n. 47. 99.
Coloni alii partiarii, alii perpetui. ibid. 46. 98.
Nequeunt collectari pro portione Colonica. ibid. 48. 99.
Niſi quoad bona ipſis propria. ibid. 50.
Coloni partiarii agrorum menſæ Epiſcopalis, etiam privilegio fori gadent. ibidem. 52. 100.

Confeſſarius.

Vide Summ. tom. 1. pag. 155.
Confeſſarii debent admonere pœnitentes, ut pro abſolutione à reſervatis accedant ad legitimos Judices. 1. 10. 10.
Confeſſarius approbatus, etiam in articulo mortis non approbato præfertur. ibid. 39. 21.
Confeſſarius Religioſorum non debet eſſe approbatus ab Ordinario. ibidem. 28. 82.
Confeſſarius Monialium non ingreditur clauſuram, niſi in caſibus à lege permiſſis. ibid. 38. 147.
Regulares non eligunt Confeſſarios ſine licentia ſuorum Superiorum. ibidem. 11. 88.

Confraternitas.

Vide Summ. tom. 1. pag 159.

Conſenſus.

In Conventuum erectione datur à Regularibus Capitualiter congregatis. 1. 10. 177.
Cum requiritur conſenſus tenetur Prælatus ſequi id, quod major pars Capituli conſulerit. 2. 28. 146.

Conſilium.

Ex conſilio nulla naſcitur obligatio. 2. 28. 62.
Conſilium inſervit, ne Prælatus præcipitanter deliberet. ibid.

Conſervatores.

Vide Summ. tom. 1. pag. 165.
Guardiani non eligunt Conſervatores. ibid 15. 169.

Si

Sì Regulares non eligant Conſervatores conveniuntur coràm Epiſcopo. ibid. ad 6. 265.

Conſuetudo.

Bulla Cænæ omnem conſuetudinem abrogat. 1. 41. 97.
Contra Bullam Cœnæ nulla poteſt allegari conſuetudo. 2. 7. 9.
Contra immunit. Eccleſiarum non valet conſuetudo. ibid. 48. 44.
Conſuetudo, quæ ab jure improbatur, eſt irrationabilis. ibid.
Conſuetudo, quæ eſt inimica ſacris Canonibus, eſt corruptela. ibid. 50.

Contumacia.

Contumax ille dicitur, qui ter monitus non corrigitur. 2. 16. 58.

Conventus.

Vide Summ. tom. 1. pag. 170.
Translatio Conventus debet fieri de licentia Sedis Apoſtolicæ. ibid. 8. 175.
Determinare Clauſuram Conventus ſpectat ad Superiorem. ibid. 18. 180.
Horti, ad quos poteſt Religioſus adire, non petita à Superiore licentia, continentur ſub Clauſura. ibid. 20. 281.
Conventus, numquam ſuppreſſi, in quibus ſunt de familia pluſque ſex Religioſi, non viſitantur ab Epiſcopis. 2. 6. 166.

D

Damnatus.

AD Triremes eſt infamis. 2. 78. 110.
A triremibus ad Altare non datur regreſſus. ibid.
Damnati ad triremes recipiuntur de novo ad Religionem. ibid. 48. 68.

Decimæ.

Regulares ſolvunt decimas de bonis, quæ ad ipſos perveniunt, ſi prius à Laicis ſolvebantur. 1. 27. 93. & tom. 2. 13. 15.

Impedientes, ne ſolvantur, excommunicantur. tom. 1. 28. 94.

Decretum irritans.

Decretum irritans annullat actum factum contra ipſius tenorem. 1. 3. 1.
Decretum irritans omnem tollit conſuetudinem. ibid. 4. & num. 12
Eodem inducitur forma ſubſtantialis. ibid.
Decretum irritans, etiam ignorantes ligat. ibid. 5. 2. & num. 10. 221.

Delicta.

Vide Summ. tom. 1. pag. 205.
Delictum cenſetur deductum ad forum conteтioſum per interpoſitam citationem. 2. 84. 112.

Diſpenſatio.

Facta ſine cauſa eſt nulla. 2. 73. 109.
Non poteſt diſpenſari cum habentibus manus tremulas. ibid. 77. 110.

Dominum.

Proprietatis eſt facultas legitima de re corporali liberè diſponendi, vendendo &c. 1. 7. 193.
Dominium juriſdictionis eſt poteſtas gubernandi ſubditos præcipiendo &c. ibid.
Dominium diſtinguitur à titulò tamquam effectus à cauſa. ibid.
Dominium directum eſt ſine fructu, cum ſpe tamen conſolidationis. ibidem. 8. 193.
Dominium utile habet annexum uſum fructum. ibid
Poſſeſſio addit dominio, ut quis in jure non impediatur. ibid. nu. 10. 194.
Proprietas importat independentiam à quovis alio in dominio. ibid.

Dubium.

Dubia ſuper ſubjectione quorundam Conventuum juriſdictioni Ordinarii. 2. 7. 167.
Super viſitatione Grangiarum, & Parvorum Conventuum. ib. 8. & 9. 169.

E

Digitized by Google

E

Educanda.

Cum Superiore Regulari recipiente vota pro admiſſione educandæ non aſſiſtit Vicarius Generalis. 2. 6. 120.

Educandæ non ſepeliuntur in Monaſterio. ibid. 7. 121.

Electio.

Vide Summ. tom. 1. pag. 217.

Vota abſentium non ſupplentur per Procuratorem. ibid. 6. 219.

Electio eſt aſſumptio unius ex pluribus. ibid. 14. 224.

Non poteſt quis ſuffragari minus digno. ibid. 22. 226.

Electiones Pro-Miniſtrorum, Cuſtodum, & Commiſſariorum fiunt per Ballottationem. ibid. 31. 230.

Electio ſimoniacè facta eſt nulla. ibid. 25. 227.

Procuratoris Generalis, & Commiſſarii Curiæ electio fit per ballottationem. ibid 34. 231.

Epiſcopus.

Non poteſt generaliter ſuſpendere omnes ſimul Confeſſores unius Conventus. 2. 5. §. 14. 137.

Nec impedire, quin Regulares in ſuis Eccleſiis prædicent. ibid. §. 5. 136.

Epiſcopus poteſt punire exemptos turbantes ejus juriſdictionem. 1. 8. 258.

Epiſcopus poteſt accedere ad Eccleſias, Regularium cum Cruce. ibid. 9.

Epiſcopus in Eccleſiis Regularium non poteſt exercere actum juriſdictionis. ibid. num. 10.

Epiſcopo in Eccleſiis Regularium erigitur Baldachinum. ibid. 11.

Epiſcopi non poſſunt cenſurare regulares, niſi expreſſè concedatur. ibidem. 14. 15. 16. 260.

Epiſcopi non poſſunt declarare Regulares excommunicatos. ibid. 17. 261.

Poſſunt tamen ipſos excommunicatos denunciare ſuis ſubditis. ibidem. 21. 262.

Non poſſunt examinare ſententiam expulſionis incorrigibilium. 2. 40. 66.

Epiſcopus non poteſt ſuos ſubditos abſolvere ab hæreſi, etiam occulta. 1. 32 32.

Epiſcopi debent Regularium jura ſervare. 2. 11. 170.

Excommunicatio Canonis.

Vide Summ. tom. 1. pag. 235.

Excommunicatio.

Violantes immunitatem Eccleſiaſticam ipſo facto excommunicantur. 2. num. 61. 48.

Extrahentes à loco immuni ſunt declarandi excommunicati. ibid.

Excommunicationi ab homine ferendæ præmittitur trina monitio. ibid. 64. 50.

Si periculum ſit in mora, una peremptoria ſufficit. ibid. 65.

In lata à Canone, ut incurratur, nulla requiritur. ibid. 66.

Ut autem, quis declaretur, excommunicationi una eſt neceſſaria. ibid. 67.

Abſolutio excommunicationis incurſæ propter violationem immunitatis, reſervatur Papæ. ibid. 71. 52.

Excommunicatio eſt actus irretractabilis. 1. 20. 63.

Excommunicatio minor ſeparat ſecundum quid à comunione fidelium. ibidem. 2. 13.

Excom. major ſeparat ſimpliciter. ibid. 15. 16.

Excom. abſolutè prolata ſupponit pro majori. ibid. 18. 17.

Excom. trahit ſecum executionem. 1. 20. 63. & tom 2. & nu. 68. p. 51.

Exemptio.

Vide Summ. tom. 1. pag. 254.

Regulares non poſſunt renunciare privilegio exemptionis. ibid. 3. 255.

Exequiæ.

Vide Summ tom. 1. 270.

Fe-

F

Feſtum.

Vide Summ. tom. 2. pag. 1.

FEſtum poteſt transferri, quoad Chorum, & forum. 2. 24. 79.

Filius.

Non tenetur credere matri dicenti eum non eſſe legitimum. 2. 57. 105.
Subſequens matrimonium legitimat illegitimos. ibid. 52. 104.
Natus decimo menſe poſt mortem viri præſumitur legitimus. ibid. 59. 106.

Fratres Minores.

Non poſſunt bona poſſidere. 1. 16. 91.
Non poſſunt Hæredes inſtitui. ibid. 18.
Non poſſunt ſe litigiis immiſcere. ib. 19.
Non poſſunt eſſe executores teſtamentorum. ibid. 21. 92.
Non ſolvunt decimas. ibid. 29. 94.
Sunt capaces legatorum cum onere Miſſarum, cùm onus ſolvendi eſt apud hæredes. ibid. 15. 104.
Non poſſunt recipere ex hæreditatibus, valorem, aut ſummam, quæ mendicitati repugnet. ibid. 17. 91.
Debent proteſtari ſe eſſe incapaces legatorum. ibid. 15. 91.

G

Gabella.

Vide Summ. tom. 2. pag. 5.

CUſtodes Pontium, portæ Civitatis, extorquentes ſolutiones Gabellarum excommunicantur, excomm. Bullæ Cœnæ. 2. 7. & 6. nu. 52. 45.
Et tenentur ad reſtitutionem. ibidem.

Gravamen.

Dicitur quilibet actus irretractabilis. 1. 20. 63.
Gravatus à Guardiano non appellat ad conſervatorem. ibid. 33. 67.
An gravatus debeat expectare ſententiam vid. nu. 18. uſque ad 33. 63.

Guardianus.

Non habet juriſdictionem ordinariam abſolvendi à caſibus reſervatis in Religione. 1. 57. 251.
Guardianus non eligit conſervatorem. ibid. 15. 169.

H

Habitus.

Vide Summ. tom. 2. 20.

DIfferunt habitus dimiſſio, & ſpoliatio. 1. 47. 70.
Non habitus, ſed profeſſio facit Monachum. 2. 1. 20.
Temerè habitus dimittitur, cum ſine cauſa dimittitur. ibid. 7. 21.
Portans habitum ſecretò, habitum formaliter dimittit. ibid. 9. 22.

I

Immunitas Eccleſ. & Monaſter.

Vide Summ. tom. 2. pag. 23.

NEc de indirecto debet immunitas Eccleſiaſtica reſtringi, & violari. 1. 44. 98.
Immunitas, & libertas Eccleſiaſtica ſæpè ſinonimè accipiuntur. 2. 71. 52.

Incorrigibiles expellendi.

Vide Summ. tom. 2. pag. 53.

Indulgentiæ.

Vide Summ. tom. 2. 68.

Paulus V. revocat, & alias concedit Indulgentias. ibid. 4. 69.
Non revocantur conceſſæ Regularium Eccleſiis. ibid. 11. 74.
Indulgentia Portiunculæ in Eccleſia S. M. Angelorum pro die 2. Auguſti non ſuſpenditur anno ſancto. ibid. 15. 75.
Indulgentiam Portiunculæ lucrantur, die 2. Auguſti viſitantes devotè Eccleſias Frat. Min. ibid. 16. 76.
Poteſt applicari animabus Purgatorii per modum ſuffragii. ibid.
Indulgentia Portiunculæ conceditur perpetua. ibid. 17. 77.

Digitized by Google

Conceditur Indulgentia intereſſentibus recitationi; & recitantibus officium Conceptionis in ejus feſto, & per octavam. ibid. 18. 78.
Et iis, qui interfuerint recitationi officii SS. Nominis Jeſu die 14. Januarii. ibid. 19.
Anno Sancto ſuſpenduntur omnes Indulgentiæ conceſſæ Chriſti fidelibus. ibid. 27. 79.
Non ſuſpenduntur illæ Altaris Privilegiati. ibid.
Nec conceſſæ ſolis defunctis. ibid.
Romæ ſuſpenduntur omnes conceſſæ viſitantibus alias Eccleſias, præter quatuor Baſilicas, niſi Papa concedat. ibidem. 80.

Interdictum Eccleſiaſt.

Vide Summ. tom. 2. pag 80.

Irregularitas.

Vide Summ. tom. 1. pag. 88.

Judex.

Non poteſt in loco ſacro, & immuni teſtes examinare. 2. 45. 43.

Juriſdictio.

Epiſcopi in exemptos aliquando ordinariam, aliquando delegatam, habent juriſdictionem. 1. 5 256.
Ex actibus à delegato exercitis, non probatur juriſdictio. ibidem. 6.

Jus.

Jus in re eſt facultas utendi re, ut ſua. 1. 9. 194.
Jus ad rem, eſt facultas petendi rem, ut ſuam. ibid.
Electio confert jus ad rem, confirmatio jus in re. ibid.
Utilius eſt jus in re, quam ad rem. ibidem.

L

Laicus.

Non eſt capax juriſdictionis in perſonas Eccleſiaſticas. 2. 31. 45.

Latro.

Publicus latro non gaudet immunitate. 2. 6. 28.
Ejus diverſitas à Graſſatore. ibid.

Legatum.

Legata Frat. Min. relicta, alia cum onere, alia ſine; & quæ ipſi poſſint 2. 3. 4. 113.
Per modum eleemoſynæ poſſunt recipere legata. ibid. 9. 116. & tom. 1. nu. 15. 104.
Valent legata pro oleo lampadis &c. & neceſſitatibus infirmorum. 2. 11. 117.
Frat. Min. non poſſunt legata in judicio repetere, niſi ſervatis decretis S. C. ib.

Lex.

Vide Summ. tom. 1. 212.
Lex ex ſua natura ad bonum publicum ordinatur. ibid. 6. 213.
Lex pœnalis in favorem animæ extenditur. 1. 2. 17. & nu. 25. 182.
Interpretatio legis potius menti, quàm verbis legislatoris convenit. ibid. 16. 47.
Ignorans legem non agit temere contra eam. ibidem. 50. 71.

Libertas.

Non reperitur ſine indifferentia. 1. 14. 224.
Libertas eſt de eſſentia electionis. ibid. 13. 223.
Electio eſt libertatis, & confirmatio neceſſitatis. ibid. 26. 229.
Reſtringens libertatem Eccleſiaſticam incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ. ibid. 43. 98.
Læditur libertas per ſubornationem. ibid. 16. 224.
Eccleſia defendit liberè ad eam confugientes. 2. 41. 42.

Li-

Libri.

Prohibiti ſunt libri tractantes de interrupta ſucceſſione filiorum S. Franciſci, & de vera forma Caputii. 2. 14. 23.

Licentia.

Expreſſa obtinetur verbo, voce, vel ſcripto. 1. 4. 60.
Tacita eſt quando Superior petenti nil reſpondet, nec prohibet, licet exire videat. ibid.
Pæſumpta, quæ præſumitur, ſi peteretur. ibid.
Licentia alloquendi Moniales V. v. allocutio.
Licentia audiendi confeſſiones non expirat morte concedentis. 1. 18. 78. & to. 2. 6. 138.
Capitulum Sede Vacante ex cauſa rationabili poteſt eas licentias revocare. 1. 18. 78.

Lector.

Jubilatus aperit Literas S. Pœnitentiariæ. 2. 2. 118.

M

Manus.

Violenta manuum injectio in Clericos, eſt enormis, gravis, & mediocris. 1. 43. 246.

Membrum.

Digitus propriè non eſt membrum. 2. 17. 32.

Mercatura.

Eſt Sacerdotibus indigna. 1. 4. 109.

Miſſa.

Vide Summ. tom. 1. pag. 106.
In feſto duplici non celebrantur Miſſæ de requiem. ibid. 8. 53.
Miſſa de feſto duplici ad Altare perpetuò privilegiatum ſatisfit obligationi teſtatorum. ibid. pag. 54.
Miſſa ex devotione celebrata ad Altare, ad tempus privilegiatum, ſuffragatur quoad Indulgentias pro defunctis ibid. 12. 55.
Idem dicitur de celebrata, etiam aliis diebus, in quibus Miſſæ de requiem non poſſunt celebrari. ibid. 13.
Miſſæ in Capellis Regularium per ipſos Regulares celebrantur. ibid. 12. 104.
Ad celebrandam Miſſam non poteſt ingredi clauſuram Monialium. ibidem. 39. 148.
Miſſa non celebratur anticipatè pro eo, qui primò ſtipendium dederit. ibid. 4. 109.
Presbyter, qui aliquo titulo tenetur celebrare in Eccleſiis Regularibus providet de neceſſariis. ibid. 7. 110.
Cum teſtator non exprimit, per quos ſint legendæ in Eccleſiis Regul. ipſi Regulares celebrant. ibid. 9. 101.
Sacrificium Miſſæ eſt propitiatorium, ſatisfactorium, & impetratorium. ibidem. 11. 127.
In Sacrificio Miſſæ eſt triplex fructus, ſeù valor, generaliſſimus, ſpecialiſſimus, & medius. ibid. 12.
Unica Miſſa non ſatiſfit duplici obligationi. ibid. 29. 132.
Regulares non applicant Miſſas contra intentionem Superioris. ibid. 34. 133. uſque ad num. 43.
Applicatio Superioris valet ibid. 38. 39.
In nocte Nativitatis tres Miſſæ, una poſt aliam immediate, non celebrantur. ibid. 46. 135.
Regulares, poſſunt celebrare Miſſas antè Parochum. ibid. ad 5. 87. & nu. 2. 108.
Regulares debent libentèr recipere Presbyteros ſeculares volentes celebrare in ipſorum Eccleſiis. 2. 1. §. 2. 131.
Fratres non poſſunt impediri, quin celebrent, quando etiam celebrant Parochi. 1. 1. 108.

Moniales.

Vide Summ. tom. 2. pag. 119.
Habitus non ſuſcipitur ante annum 12. ibid. 1.
Non poteſt puella eſſe formaliter novitia ante annum 15. ſine licentia Sac. C. ibid. 2.
Confeſſarius Monialium pro uno Mo-

naſterio approbatus non poteſt audire confeſſiones monialium alterius Monaſterii. ibid. 5. §. 8. 136.

Monaſterium.

Eſt liberum à lege Diœceſana 1. 15. 215.
Monaſteria commendata gaudent privilegiis ſui ordinis. 2. 5. 165.
Religioſus damnatus, cum de uno ad aliud Monaſterium ducitur, in ſecundo immunitate non gaudet ibid. 43. 42.

Mors.

Non dicitur quis proditorius occiſor, niſi ſequatur mors. 2. 8. 29.
Ut Aſſaſſini immunitate priventur, debet ſequi mors aggreſſi. ibid. 9. 30.

Mulier.

Non deſinit eſſe uxor, etiam thori ſeparatione ſequuta. 2. 42. 67.
Mulieres tempore proceſſionum poſſunt ingredi clauſtra Religioſorum. 1. 15. 178. & num. 27. 182.
Admittentes mulieres intra ſepta Conventuum excommunicantur. 1. 16. 179.

Mutilare.

Debilitans alicui membrum in Eccleſia non privatur immunitate. 2. 15. 31.
Differentia inter mutilare, & debilitare ibid. 16. 32.
Qui ſe ſponte mutilant, ſunt irregulares. ibid. 65. 107.
Occidens, vel mutilans in ſcalis, porticu, vel oſtio Eccleſiæ gaudet immunitate. 2. 18. & 32. num. 19. 33.

N

Novitius.

Vide Summ. tom. 2. pag. 122.

Annus probationis debet eſſe integrè completus. ibid. 4. 123.
Non debet eſſe interruptus ibidem 2. 122.
Ipſum interrumpens debet iterum incipere. ibid. 3.
Super idoneitate Novitii habent votum, qui exiſtunt de familia à duobus menſibus in conventu Novitiatus. ibid. 7. 123.
Novitii in caſu fugæ à Conventibus poſſunt per miniſtros Ordinariorum capturari. 1. 15. 211.

O

Onus.

Onera, quæ non ſunt merè realia, & perpetua, ac invariabilia, cum bonis ad perſonam privilegiatam non tranſeunt. 1. 30. 94.
Onera impoſita Colonis Eccleſiaſticorum, hos de indirecto gravant. ibid. 43. 97.

Oracula.

Non ſunt revocata facta Officialibus Papæ. 1. 28. 183.

Ordo.

Vide Summ. tom. 2 pag. 124.

Regulares ordinantur ab Epiſcopo in cujus Diœceſi exiſtunt de familia ib. 1.
Tridentinum revocavit privilegia conceſſa, ut quis poſſet extra tempora ordinationes recipere. ibid. 3. 125.
Ut quis poſſit extra tempora ad ordines promoveri, eget privilegio directè conceſſo. ibid. 4.
Miniſtrans in ordine, quem non habet, efficitur irregularis. ibid. 7. 92. & n. 8. 152.
Quid ſit exercere actum alicui ordini deputatum. ibid. 7.
Miniſtrare ſolemniter in ordine, eſt miniſtrare cum ornamentis illius ordinis. ibid. 9. 153.
Prima tonſura, & Epiſcopatus per Canoniſtas ſunt Ordines. 2. 1. 124.
Regulares concedunt dimiſſorias propriis ſubditis ad Epiſc. Diœceſis Monaſterii, in quo ordinandus eſſet de familia. ibid.
Ordines recipiuntur temporibus ab jure ſtatutis. ibid. 3.

Papæ

Digitized by Google

P

Papa.

EST Regularium Diœceſanus. 2.1. 164.
Diœceſis Papæ eſt univerſus orbis. 1.9. 75.
Regulares habent juriſdictionem à Papa. ibid. 8.

Parochus.

Non poteſt ingredi Eccleſias Regul. cum ſtola, & Cruce. 1. 12. 273.
Nec Eccleſias Conventuum ſuppreſſorum. ibid. 13.
Non poteſt peragere officia in Eccleſiis Regul. ibid. 18. 274. & num. 20. 276.
Declarat viam, per quam deferatur cadaver ſepeliendum apud Regulares. ibid. 26. 278.
Ad Parochum incumbit probare, Regulares conſueviſſe ſolvere quartam. 2.4. 145.

Parvitas materiæ.

In re ſpectante ad Clauſuram attenditur ex parte actus perfecti, vel imperfecti. 1. 44. 150.
Habet locum cum crimen contigit ſecundum materiam. ibid. 22. 199.
Non verò cùm conſideratur non quantitas, vel materia. ibid.
In crimine cuſionis monetæ non datur parvitas materiæ. ibidem
Nec in crimine ſollicitationis ibidem 23.
Nec in contrectatione pecuniæ reſpectù Fratrum Min. ibidem 24.
Nec in ætate requiſita ad profeſſionem, & anno Novitiatus. 2. 4. 120. & n. 5. 143.

Paupertas.

Fratr. Min. excludit omnium rerum dominium 1. 6. 193.
Diſtinguitur ab ea cæterorum Ordinum. ibid. 19. 198.

Pecunia.

Concionatores de Ord. Frat. Min. de Obſerv. pecunias non recipiunt. 1. 13 154.
Conferens, vel promittens pecuniam Simoniace eligitur. ibid. 24. 226.

Percuſſio.

Prælati Regulares non abſolvunt ſeculares percutientes Clericos. 1. 49. 248.
Prælati Regulares abſolvunt ſuos ſubditos ſe percutientes. ibid. 50. 249.
Percuſſio, ſeù injuria, levis, gravis, & enormis, ibid. 44. 246. uſque ad. n. 48.

Pœna.

Ignorantia excuſat à pœna. 1. 49 71. & n. 10. 122. & n. 39 245.
Ut incurratur pœna non ſufficit attentatum niſi lex aliud exprimat. 2. 9. 89.

Pluviale.

Regulares in Proceſſionibus poſſunt uti Pluviali. 2. 8. 142.
Uſus Pluvialis non eſt ſignum juriſdictionis. ibid.

Præcedentia.

Vide Summ. tom. 2. p. 126.
Præcedentia in Proceſſionibus debetur ordini, habenti prius Monaſterium erectum in loco controverſiæ. ibid. 1. & 3. 127.
Fratres Reformati, & Diſcalceati præcedunt etiam, quando ſub propria Cruce ſine Obſerv. incedunt. ibid. 6. & 7. 129.
Et non ſolum in proceſſionibus, ſed etiam in aliis actibus. ibid. 6.

Prædicatores.

Vide Summ. tom. 1. p. 150.
Poſſunt ab Epiſcopo examinari. ibid 9. 153.

Alimenta Prædicatoribus conferunt illi qui eos eligunt. ibid. 11.
Prædicatores non acquirunt ſibi ſtipendium. ibid. 12.
Conſuetudo dandi ſtipendia Prædicatoribus non eſt ſimoniaca. ibidem 14. 155.

Prælatus.

Non poteſt diſpenſare ſuper irregularitate proveniente ex homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione membrorum. 2. 74. 109.
Nec cum Epilepticis, habentibus manus tremulas, aliiſque. ibidem 77. 110.
Poteſt Generalis, aut Provincialis cum Generali, aut Provinciali capitulo diſpenſare cum illegitimis. ibid. 50. 148.
Si privilegia ſint in uſu, & non revocata. ibid.

Præſcriptio.

Monaſteria poſſunt præſcribere contra exactionem Epiſcoporum. 1. 18. 216.
Contra jus Canonicum ſpatio quadraginta annorum præſcribitur. 2. 50. 44.
Subjectum incapax nũmquam præſcribit. ibid. 51. 45.

Presbyter.

Aquam Presbyter benedicit. ibidem. 9. 153.

Proceſſio.

Vide Summ. tom. 2. pag. 139.
Mulieres poſſunt ingredi Clauſuram Religioſorum tempore quo fiunt proceſſiones. 1. 27. 183.
Eadem hora non ſiunt duæ proceſſiones Corporis Chriſti. 2. 5. 141.
Eadem die non ſiunt duæ conſimiles proceſſiones. ibid.
Regulares non poſſunt facere proceſſiones extra Clauſtra. 1. 17. ad 8. 87. & tom. 2. 4. 140.
Proceſſiones facere in pompa Eccleſiæ, & Cruce erecta, actum juriſdictionis importat. 1. 24. 277.

Proditor.

Is judicatur proditor, qui alterum nulla præcedente inimicitia, ſed potius ſimulata amicitia, occidit. 2. 8. 29.

Profeſſio.

Profeſſio tacita, quibus actibus inducatur. 1. 22. 7.
In ætate ad profeſſionem requiſita non datur parvitas materiæ. 2. 4. 120. & num. 5. 123.
Profeſſio emiſſa, non expectato anni curriculo eſt nulla. ibidem num 6.
Annus ſextus decimus ætatis debet eſſe omnino completus ibidem 3. 120.
Profeſſio facta ſine aſſenſu majoris partis Capituli eſt nulla. ibid. 9. 124.
Per profeſſionem religioſam tollitur irregularitas ex defectu natalium, quoad ordines, non quoad Prælatias. ibidem 79. 110.
Illegitimi admitti poſſunt ad profeſſionem. ibid.
Illi de Tertio Ordine Sancti Franciſci emittunt profeſſionem in manibus habentis facultatem à Miniſtro Generali. ibid. 5. 163.

Privilegium.

Vide Summ. tom. 2. pag. 130.
Immunitatis privilegium directè eſt datum Eccleſiis. ibid. 35. 41.
Privilegium Canonis eſt datum toti ordini Clericali. 1. 19. 241.
Clericus non poteſt renunciare privilegio fori. 2. 38. 41.
Privilegia regularium revocantur, & reſpectivè moderantur. 2. 1. 2. 4. & 5. 130. 133. 134. & 135.
Privilegium morte concedentis non amittitur. ibid 6. 138.
Amittitur per abuſum ipſius. ibidem 7. 139.
Privilegia Regularium communicantur Monialibus. 1. 60. 253.

Pro-

Digitized by Google

Provinciales.

Non reſidens in Conventu Novitiatus non ſuffragatur ſuper idoneitate Novitii. 2. 7. 123.
Nec in paritate votorum habet deciſivum. ibid. 8.
Provincialis, deficiente Præſide, in paritate votorum in negociis decidendis, & electionibus habet deciſivum. 1. 32. 231.

Q

Quarta.

Vide Summ. tom. 2. 143.
QUarta ſolvitur à Monaſteriis ædificatis quadraginta annis ante publicationem Concilii, & quæ ipſam quartam ſolvere conſueverunt. ibid. 2. 144. & 5. 146.
De candelis, quæ ad manus Fratr. dantur, quarta non ſolvitur. ibid. 6.

Quæſta.

Non poſſunt impediri fideles, quin mendicantibus eleemoſynas conferant. 2. 1. 147.
Extra diſtrictus Conventuum Fratres non mendicant. ibid. 2.
Ubi ſunt plures Conventus, ſervatur ratio antiquitas. ibid. 3.
Regulares non petunt licentiam ab Ordinario, ei tamen oſtendunt. ibidem 4.
Regulares per ſeipſos eleemoſynas quærunt. ibid. 5. 148.
Extra Diœceſim Mendicantes conſenſum ab Ordinario obtinent ibidem 7. 42.

R

Regula S. Franciſci.

Vide Summ. tom. 1. pag 186.
REgula S. Franc. non admittit Gloſſas. ibid. 2 188.
Uſus Syndici non eſt diſpenſatio in Regula ibid. 4. §. 6. 190.

Regularis.

Tenetur ad leges Synodales quoad rectam adminiſtrationem Sacramentorum. 1. 9. 214.
Regulares ſunt exempti ab onere ſolvendi Cathedraticum. ibid. 20. 216.
Regulares non ſunt Acephali. 2. 1. 165.
Regularis ægrotans extra Monaſterium, Viaticum, & Extremam-Unctionem recipit à Parocho. ibid. 6. 152.
Regulares debent Epiſcopis venerationem. ibid. 10. 170.
Regulares cum proteſtatione poſſunt denunciare malefactores. ibidem 38. 102.
Regulares non Curati non poſſunt compelli ad Conferentias caſuum conſcientiæ. 1. 25. 81. & num. 12. 214.

Res.

Prædia, Domus, & Vaſa, ſunt res uſu non conſumptibiles. 1. 14. 195.
Cibus, Potus, & pecunia, ſunt res uſu conſumptibiles. ibid.

Sacramentum.

Vide Summ. tom. 2. pag. 151.
Non exponitur publicè SS. Sacrament. ſine licentia Ordinarii. 1. 13. 259.
Regulares non miniſtrant ſecularibus Extremam-Unctionem, nec matrimonia ſolemnizant. ibid. 17. 261. & num. 22. ad 17. 267.
A Dominica Palmarum uſque ad Dominicam in Albis incluſivè poſſunt adminiſtrare Sacrament. Pœnitentiæ. 2. 2. 151.
In die Paſchatis non miniſtrant ſecularibus SS. Euchariſtiæ Sacramentum. ibid. 3. 152.
Niſi ſint Parochi. ibid.
Nec etiam illis, qui de tertio ordine vocantur. ibid. 4.
Advenis, qui infirmantur in Conventibus, Regulares non Miniſtrant Sacramenta. ibid 5.
Eorum familiaribus miniſtrant. ibid. 1. §. 5. & 17.

Digitized by Google

Sacriſtia.

Sacriſtia, cum duplici porta contine- tur ſub clauſula. 1. 21. 181.
Patrans homicidium in Sacriſtia gaudet immunitate. 2 20. 33.

Sententia.

Definitiva decidit negocium principale. 1. 19 63.
Si gravamen per appellationem à definitiva reparari non poteſt, definitiva non expectatur. 1. 23. 64.
Sententiæ, ut vocales afficiant, debent inſinuari parti per menſem ante electionem. ibid. 29. 230.

Secretum.

Electio facta per vota non ſecreta eſt nulla. 1. 1. 217. & 3. 219 & 10. 221.
Manifeſtatio voti irritat electionem. ibid. 221.
Ut nullitatem concludat, debet fieri in ipſo actu electionis, vel ante confirmationem, & publicationem. ibidem 222.
Dummodo publicatio non fiat in fraudem electionis, ibid.

Seculares.

Seculares non pernoctant in Conventibus Frat. Min. nec per eos deferunt arma. 1. 30. 185.
Clerici non comprehenduntur, ſi ſint vitæ exemplaris. ibid. 31.

Sepultura.

Vide Summ. tom. 2. pag. 153.
Morientes, ſepultura inelecta, ſepeliuntur in Parochiali, vel Eccleſia, in qua eſt ſepulchrum majorum. ibid. 1. 153. & num. 4. ad. 4. 154.
Excommunicantur inducentes ad eligendam ſepulturam. ibid. 2. 153,
Dubia reſoluta occaſione electionis ſepulturæ. ibid. 4. 154.
Cordigeri ſepeliuntur in eorum communi ſepultura. ibid. 6. 155.
Pro digniori ſitu ſepulchri nil peti poteſt 1. 17. 105.
Conceſſiones ſepulchrorum fieri debent de conſilio, & aſſenſu Capituli ibid. 20.
Habentes Capellam cum ſepultura, ſi ſepultura inelecta decedant, non ſepeliuntur in Cathedrali. 2. 4. ad 4. 154.
Pubes non poteſt ſibi eligere ſepulturam. ibid. 3.
Mulieres Tertii Ord. ſi decedant inelecta ſepultura, ſepeliuntur in Eccleſia Ord. cujus habitum geſtant, ſi ſibi pro ipſis communis ſepultura reperiatur. ibid. 4. §. 5. 219.

Simonia.

Electio ſimoniaca eſt nulla. 1. 24. 227.
Simoniacè electus debet dimittere Prælaturam. ibid.
Pacta electionem ſimoniacam concludunt. ibid.

Socius.

Confeſſarii Monialium debet eſſe ætatis 40. annorum. 1. 41. 149.

Subornatio.

Per ſubornationem læditur electionis libertas. 1. 16. 224.
Subornatores excommunicantur, excommunicatione, cujus abſolutio eſt Papæ reſervata. ibid. 1. 17.

Suſpenſio.

Eſt cenſura, ſolos Eccleſiaſticos afficiens 2 22. 87.
Magis extenditur ſignificatum interdicti. ibid.

Syndicus Apoſtolicus.

Vide Summ. tom. 2. 155.
Syndicus Apoſtolicus nominatur à Generali, vel Provincialibus. ibid. 1.
Gaudet privilegio fori. ibid. 2.
Etiam, ut tales perſonæ ſont, & non tantum ratione officii. ibidem 3. §. 2. 157.
Etiam in cauſis motis ante officium Syndicatus. ibid. §. 8 158.

Eſt

Eſt exemptus ab oneribus communitativis. ibid. 5. 159.
Et à ſolutione Collectarum pro bonis exiſtentibus, etiam extra locum Syndicatus. ibid. 6.
Non comprehenditur ſub revocatione Patentatorum, & ſunt ſubjecti Conſervatoribus Relig. Frat. Min. ibidem 7. 160.
Privilegium conceditur uni ſolum Syndico pro unoquoque Conventu. ibid. 8.
Extenditur ad Syndicos hoſpitiorum. ibid. 9.
Syndici non comprehenduntur in decreto, quod ſeculares non pernoctem in Conventibus Fratr. Minor. 1. 32. 185.

Synodus.

Ad Synodum tenentur accedere Regulares habentes curam animarum. 1. 2 213.
Synodus ſervatur quoad tempus humationis cadaverum. ibid. 11. 214.

T

Tectum.

Tectum continetur ſub clauſura. 1. 45. 150.
Tectum Eccleſiæ, & Monaſterii eſt locus immunis. 2. 23. 35.

Territorium.

Lex extra Territorium ſtatuentis non ligat. 1. 7. 213.
Territorium Monachorum eſt Eccleſia, Cæmeterium, & ambitus Monaſterii. ibid. 23 277.
Extra proprium territorium non exercetur juriſdictio. 2. 27. 37.
Eccleſiæ ſunt extra territorium Principis ſecularis. ibid. 39. 42.

Tertiarii.

Vide Summ. tom 2. pag. 160.
Tertii Ordinis à Confraternitate cordigerorum differentia 1. 12. 164.
Tertiariorum formula profeſſionis. 2. 6. 163

Teſtis.

Regulares non poſſunt eſſe teſtes. 2. 36. 101
Teſtis depoſitio non valet, niſi ſit ſecreta. 1. 10. 221.
Sepultura eligitur valide coram duobus teſtibus. 2. 4. ad 5. 154.

Teſtamentum.

Sepultura validè eligitur ſine teſtamento. 2 4. ad 2. 154.
De neceſſitate teſtamentum ad validam ſepulturæ electionem non debet eſſe factum in morte. ibid. ad 3.

Tractatus.

Tractatus conſultorii præmittuntur electionibus. 1. 19. 225.

Tertiarii.

Vide Summ. tom. 2 pag. 160.
Tertiarii habitum recipiunt à ſuperioribus ordinis. ibid. 1. 161.
Ordinarii non poſſunt impedire Regulares, quin habitum conferant. ibidem 2.
Habitus non confertur à ſeculari, Miniſtro Cong. Tertii Ord. nec ipſe ad profeſſionem recipit. ibid.
Obſervantes non tenentur conferre Tertiariis Cordam, & Habitum materialem, & formalem propriæ Religionis. ibid. 3.
Mulieres, ut gaudeant privilegiis ord. cujus habitum geſtant, debent habitum recipere, prævio examine Epiſcopi, de ejuſdem licentia, & in ætate 40. annorum conſtitutæ. ibidem 4. 162.
Die Paſchatis Tertiarii Euchariſtiam recipiunt à Parocho. ibid. §. 1. & nu. 1. 130. & §. 18. 133.

V

Valor.

Valor, ſeu fructus ſacrificii triplex, generaliſſimus, ſpecialiſſimus, & medius. 1. 12. 127.

Ve-

Digitized by Google

Veſtimentum.

Frat. Min. tertiam tunicam excludit. 1. 3. & num.4.§.2. 188.189.
Eſt ineligibilis, qui utitur lineis ibid. 34. 203.

Viſitatio.

Vide Summ. tom.2. pag.221.
Jus viſitandi pertinet ad juriſdictionem. ibid.
Epiſcopi non viſitant Eccleſias, Altaria Regularium, eorumque Sacriſtias, paramenta, Tabernaculum, nec Confeſſionalia &c. 1. 18. 261. & tom.2.2.165.
Regulares in iis, quæ reſpiciunt curam animarum ſubduntur viſitationi Epiſcopi. ibid.
Ordinarii viſitant Altaria, & Capellas Confraternitatum. 1. n.5. 6. 7. 161. 162. & t.2. n.3. 222.
Conventus ſunt exempti à viſitatione Ordinarii. 2.4. 159.
Grangiæ ſuppreſſæ viſitantur ab ordinario. ibid. 8. 168.
Generalis viſitans Clauſuram Monialium poteſt ſecum habere duos ſocios, ſi alius à Generali unicum. 1. 6. 139.
Viſitatio perſonalis fit ad crates. ibid. 8. 140.
Epiſcopus in Monaſteriis Monialium poteſt viſitare omnia in iis, quæ concernunt obſervantiam Clauſuræ. ibid. 17. ad 2. & 3. 143.

Uſus.

Uſus fructus eſt facultas utendi re, & fructibus in utilitatem propriam, & aliorum. 1. 11. 194.
Uſus eſt juris facultas, qua quis ad ſolos proprios uſus re utitur. ibid.
Uſus ſimplex rerum, vel facti, eſt uſus, quo quis alieno utitur, Domino permittente. ibid. 12. 295.
Uſus ſimplex facti ſeparatur à dominio & jure utendi. ibid. 15. 16.

FINIS.

Digitized by Google

Errata.				Tomi Primi.	Corrige.
Pag.	5	col. 2	lin. 13	Regularium	Regularibus
pag.	8	col. 1	lin. 8	ſubitos	ſubditos
pag.	9	col. 2	lin. 23	facta	factam
pag.	46	col. 2	lin. 5	perniciofis	perniciofos
pag.	66	col. 2	lin. 14	expoſuere	expoſcere
pag.	67	col. 1	lin. 33	oido	ordo
pag.	67	col. 2	lin. 14	Communicationis	Communicationem
pag.	82	col. 2	lin. 22	indulgentiis	indulgentis
pag.	111	col. 2	lin. 22	charitas	charitatis
pag.	111	col. 2	lin. 34	facilè inveniantur	facilè non inveniantur
pag.	112	col. 1	lin. 1	charitateque	charitatique
pag.	113	col. 1	lin. 22	converii	converti
pag.	114	col. 2	lin. 13	proponant	proponat
pag.	128	col. 1	lin. 15	ille dicitur	primus ille dicitur
pag.	131	col. 1	lin. 26	prohibent	prohibente
pag.	140	col. 2	lin. 11	affectu	effectu
pag.	143	col. 2	lin. 11	in Florentiam	in Florentina
pag.	146	col. 1	lin. 15	Sanctæ Sedis	Sanctæ Sedi
pag.	149	col. 1	lin. 30	extra ſepta	intra ſepta
pag.	150	col. 2	lin. 23	pertineri	pertinere
pag.	153	col. 2	lin. 12	ab Epiſcopos	ab Epiſcopis
pag.	160	col. 1	lin. 40	certamini	certaminis
pag.	178	col. 1	lin. 21	in præſentias	in præſenti.
pag.	179	col. 2	lin. 19	recipiatur	recipiatve
pag.	200	col. 1	lin. 33	legatis	legati
pag.	202	col. 1	lin. 32	illorum	illius
pag.	203	col. 2	lin. 41	valeant	valeat
pag.	209	col. 2	lin. 1	dicto	dictio
pag.	209	col. 2	lin. 30	itaut	ita ut
pag.	213	col. 2	lin. 32	cenſetur	cenſentur
pag.	224	col. 2	lin. 22	futura	ad futura
pag.	241	col. 2	lin. 8	offendatur	offendantur
pag.	241	col. 2	lin. 27	cenſuram	cenſura
pag.	243	col. 2	lin. 18	vitam	vita
pag.	261	col. 1	lin. 26	comparare	comparere
pag.	266	col. 1	lin. 1	producant	producat
pag.	266	col. 2	lin. 2	exiſtentis	exiſtens
pag.	272	col. 2	lin. 21	Sacra Congr.	Sacræ Congr.
pag.	274	col. 1	lin. 37	Clericum	Clerum
pag.	276	col. 1	lin. 13	Regulari	Regularium

Digitized by Google

Errata.						Tomi Secundi.	Corrige.
Pag.	8	col.	1	lin.	5	Locatorios	Locatarios
pag.	9	col.	1	lin.	17	quos	quas
pag.	16	col.	1	lin.	24	ordinis	ordinariis
pag.	28	col.	2	lin.	4	fretus	fructus
pag.	37	col.	1	lin.	24	non ſit	ſit
pag.	47	col.	2	lin.	14	innituiſſet	innotuiſſet
pag.	61	col.	2	lin.	25	ejectiores	ejectionis
pag.	82	col.	1	lin.	22	impliciter	ſimpliciter
pag.	86	col.	1	lin.	29	ut	uti
pag.	92	col.	1	lin.	38	ſcienter	inſcienter
pag.	123	col.	1	lin.	18	habuiſſet	habuiſſe

Cœtera Lectoris judicio.

Digitized by Google